

tenter exhibitis, debet manere contentus.

C A P U T VIII.

Idem Auton. Episcopo.

c. 18. eod.

EX parte tua sicut quæsumus a nobis, utrum clerici, & laici, qui litteras protectionis ostendunt, in quibus personæ suæ ex nomine, cum omnibus rebus suis sub Apostolica protectione consistere declarantur, a jurisdictione diocesani Episcopi sunt exempti. Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod per litteras hujusmodi, quæ quandoque aliquibus personaliter indulgemus, ab Episcoporum suorum potestate minime subtrahuntur.

C A P U T IX.

Idem Helien. Episcopo.

cap. 19. e.

PAstorialis officii, & infra, Interrogasti præterea, utrum viri religiosi, quibus a sed. Ap. est indulatum, ut ecclesiæ suas in proprios usus convertere possent, decedentibus personis earum liceat auctoritate propria possessiones earundem ecclesiarum intrare, vel per diocesanum in ipsa sint potius inducendi: ad quod utique respondeamus, quod nisi forte in indulgentia summi Pontificis id contineatur expressum, suo Episcopo in consulo in possessionem ipsarum, eis non est licitum introire, quia per indulgentiam hujusmodi Episcopali juri non credimus derogari.

T I T U L U S XVII.

DE PURGATIONE CANONICA.

C A P U T I.

Idem Senon. Archiepiscopo.

De purgat.

can. c. 10.

INTER sollicitudines nostras illa debet esse præcipua, ut capiamus vulpeculas, quæ demoluntur vineam domini Sabaoth, species quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum, hi sunt namque caupones qui aquam vino commiscent, qui virus draconis in aureo calice Babylonis propinuant, qui juxta verbum propheticum, arcum rem amaram intendunt, ut sagittent innocuos in occultis, quorum error ierpit, ut cancer, ita quod nisi botrus in flore laedatur, fructum non solum amarum, sed etiam pestiferum germinabit. Hos amplius prædicator egregius in epistola sua prophetico sermone describit, & docet omnibus modis evitandos, contra quos sacerdotes tubis argenteis clangere debent, ut, cum clamante (1), populo, arca foederis præcedente muri corruant Jericho, quæ jam fuerat perpetuo anathemate condemnata; ita quod, si quis ex ea vel regulam auream furari præsumplerit, cum Achor filio Carim lapidibus obruetur, & infra. Nos igitur litterarum scientiam, & honestatem morum, vitæ pariter attendentes, licet ecclesiastica constitutio tantum tales ab officio usque ad purgationem canonica doceat suspendendos, quos etiam tamen, cum a beneficio propter immanitatem criminis, ut credimus, suspendisti, nolumus improbare: nec illud etiam propter causam improbamus eandem, quod licet contra eum nullus accusator legitimus appareat, ad tegendam tamen hujusmodi mortiferæ pestis, immo pestiferi morbi radicem,

ex officio tuo fama publica deferente voluisti plenius inquirere veritatem; attendentes a re vulgaris infamiam, grave scandalum, & vehementem suspicionem, ex testium dictis obortam, quæ contra eundem Decanum facere videbantur, cum propter eorum quælibet, ei esset purgatio indicanda, & servantes, & molientes rigorem, de consilio fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum etiam apud sed. Ap. existentium, purgationem quartadecimæ manus sui ordinis ei duimus indicendam. Ipsum igitur ad te cum litteris Apostolicis remittentes, ut ibi purgetur, ubi noscitur infamatus, fr. tuæ per Ap. sed. m. quat. acitis tecum dicto Murenens. & ven. fr. n. Parisien. Episcopis indicatam ei a nobis purgationem accipias, ita tamen, ut qui ad ejus purgationem processerint comprobandum, sint fide catholici, & vita probati; qui conversationem, & vitam ipsius non tam moderno tempore noverint, quam tractatio: purgatione vero recepta beneficium ei restituere non postponas, ne cogatur in cleri opprobrium mendicare; in poenam autem familiaritatis illius, quam haereticis scienter habuisse dinoscitur, eum ab officio volumus manere suspensus, donec scandalum sopiaatur, ita tamen ut publice familiaritatem haereticorum abjuret. Præciplias insuper ipsi districte, ut in prædicta, & aliis villis circumpositis profiteatur, & prædicet fidem catholicam, ac confundat, & detestetur haereticam pravitatem, sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus ut infamia convertatur in famam, & omne scandalum, & suspicio de catholicorum mentibus deleatur. Quod si forsitan in purgatione defecerit, eum ecclesiastica disciplina mucrone percellas, & ab officio, & beneficio depositum, ad agendum poenitentiam in arctum monasterium retrudere non omittas.

C A P U T II.

Idem Abboti Sancti Dionysii, & priori Sancti Martini de Campis, & J. magistro Scholarum Aurelian.

c. 11. eod.

CUM dil. & infra. Illud autem nos (2) attendere volumus, & mandamus, ut tales personæ ad purgationem hujusmodi admittantur, quæ vicinæ sunt, & honestæ.

C A P U T III.

Idem.

CUM in juventute sua, & infra. Quia vero cap. 12. e. pater filium, quem diligit, corripit, nos eundem Episcopum per litteras nostras corripiimus, etiam injungentes eidem ad maiorem cautelam, ut ab illius familiaritate cessando, apud Deum, & homines taliter se haberet, quod finistra de ipso suspicio non possit haberi, sed inimicus homo rescriptum litterarum illarum subripiens, apud prædictum Regem, & magnates regni, ipsum nequiter publicavit, sicut idem Episcopus deberet amplius infamari, cum videretur esse nobis incredibilis, & suspectus. Unde nos tantum (3) æmolorum nequitiam attendentes, licet pulsati fuerimus multo sensi contra eum, numquā tamen adversus ipsum potuimus commoveri, scien-

(1) Conclamante, forte. (2) Vos, Greg. IX.

(3) Tantam, Greg. IX.

scientes, quod dictum facile sequitur multitudo. Ubi vero idem Episcopus ad Antigonien. metropolim existit postulatus, quidam, qui super ipsa postulatione adversabantur eidem, ut promotionem ipsius facilius impidirent, illius criminatio-
nis carbones reaccendere sunt moliti. Unde quidam procurator ipsius in nostra praesentia consti-
tutus, de consilio quorundam amicorum suorum, qui super hoc quidem bonum zelum habe-
bant, sed non secundum scientiam, coepit a no-
bis in praesentia fratrum nostrum cum instantia po-
stulare, quatenus eidem Episcopo purgationem
canonicam faceremus indici, ut suam innocentiam demonstraret. Nos autem postulationem i-
psius minus providam immo nimis improvidam reputantes, procuratorem ipsum ab ea saepe volui-
mus revocare. Cumque saepatus Episcopus non videbatur apud bonos, & graves de illo crimine infamatus, cum coepiscopi super hoc ex mandato Apostolico requisiti laudabile testi-
monium de ipso nobis curaverint exhibere, tam-
en, quia talis infamatio videbatur ab inimicis,
& emulis processuisse, sicut superius est expressum, unde cum anteacta ejus vita commendabilis extitisset, & hujusmodi facinus incredibile extitisse crederetur, non credebamus ei purgationem aliquam indicandam. Ceterum, quia procurator instabat, compulsi fuimus non juris necessitate, sed importunitate petentis, ut ei per vos purgatione canonica cum duobus Abbatibus mandaremus indici, quamvis eidem procuratori fuerimus prote-
stati, quod ex alia quoque causa talis petitio min-
us provide tunc siebat, quia videlicet Strigonien. ecclesiae suffraganei vix eo tempore purgarent eundem, quia in facto postulationis contradice-
bant eidem, & suffraganei Colocen. ecclesiae ipsum minime tunc purgarent, quia inter eum, & Colocen. Archiepiscopum de Strigonien. metropoli contentio vertebatur. Unde, cum non sint alii Pontifices in Ungaria, merito videbatur, quod per Episcopos regni sui non posset in illo articulo se purgare.

C A P U T . IV.

Idem Tyren. Archiepiscopo.

cap. 13. c. **D**E testibus, & infra. Illi vero, qui ad purga-
dam hujusmodi infamiam inducuntur, id
solum tenentur juramento firmare, quod verita-
tem eum credant dicere, qui purgatur.

C A P U T . V.

Idem Florentin. Episcoipo.

c. 14. eod. t. **A**Ccedens ad praesentiā nostrā dil. f. T. dia-
conus parochianus tuus humili insinua-
tione monstravit, quod cum a suis emulis diceretur,
quod esset filius sacerdotis, tu ipsum nec promovere
voluisti, nec permisisti ab alio promoveri.
Quocirca f. t. per A. f. m. quat. si diaconus ipse
publice fuerit hujusmodi nota respersus, & de ipsa
tibi legitime constare non poterit, purgatione ab
ipso recepta, dummodo aliud canonicum non
obsistat, ipsum non differas propter hoc ad sacer-
dotis officium promovere, quia et si non sit nota

delicti, est tamen nota defectus impedientis ad sa-
cros ordines promovendum.

C A P U T . VI.

*Idem Abatti Argentin. & magistro G. Schola-
stico Cucien. (1) & de Valle.*

EUM dil. f. H. presbytero, & G. procuratore c. 15. eod.
O. clericis constitutis in praesentia nostra, dil.
f. T. subd. & capellatum nostrum concessimus
auditorem. Idem procurator proposuit coram eo,
quod cum dictus presbyter super incestus crimen
fuerit publice infamatus, bon. mem. Constant.
Episcopus ordinarius judex eidem purgationem
indixit, qui cum se purgare nequisset, ab eodem
Episc. fuit plena in synodo suis ecclesiis senten-
tialiter destitutus, quas ipse nihilominus detinuit
aliquamdiu per violentiam occupatas. Cumque
postmodum idem presbyter cujusdam consanguinei
sui uxorem adductam in domo publice deti-
neret, ad petitionem H. plebani de * Heniso, & * Hemiso.
quorumdam aliorum clericor. Constantien. dicē.
dil. fil. de Scennis, & de Vestronen. Decan. no-
stras dicimus litteras sub hac forma destinasse, ut
si dictus presbyter super crimen adulterii, & in-
cestus ceram ipsis se purgare non posset, ipsum
pena debita castigarent, qui juxta mandati nostri
tenorem in negotium procedentes, cum constitui-
set eisdem, quod idem presbyter, pro eo quod
in purgatione defecerat, ab Episcopo mem. fue-
rat in synodo condemnatus, ipsum utpote con-
tumacem prædictis ecclesiis per sententiam pri-
vaverunt, maxime cum de incestu, & adulterii
crimine, tamquam de notorio manifeste lique-
ret eisdem, dil. fil. Abatti S. Galli, ad quem illarum
ecclesiarum donatio pertinebat, potestatem
liberam concedentes, ecclesias ipsas personis aliis
conferendi, qui eas postea supradicto O. clericō
assignavit, & infra. Dictus vero presbyter inter
cetera ex adverso respondit, quod processus judi-
cum prædictorum debeat merito retractari: cum
lite non contestata, & post ap. ad nos interposi-
tam procedere præsumperint contra eum. Adii-
ciens insuper, quod licet idem presbyter ad abo-
lendam omnem infamiam, purgationem indi-
ctam ab eodem electo, non tanquam delegato,
sed ordinario curaverit exhibere: si pedisti tamen
emuli eum non desinunt infamare. Unde nobis
humiliter supplicavit, ut ab illorum petitionibus
absolutum facheremus ipsum prædictarum eccl-
esiārū pacifica possessione gaudere, & infra. His
igitur, & aliis, quae fuerunt coram prædicto ca-
pellano proposita, plenius intellectis, licet litte-
rae illæ, quæ ad prædictos judices impetratae di-
cuntur, vel ipsorum transcriptum ostensum non
fuerit coram nobis, quia tamen ex tenore relatio-
nis ipsorum, quam dictus procurator exhibuit, si
etiam litteræ ipsæ ostensæ fuissent, nobis constituit
evidenter, judices ipsos prætermisso juris ordine
processisse; tam processum eorum, quam conces-
sionem ecclesiarum prædicto Abatti de manda-
to ipsorum factam, auctoritate Ap. retractamus,
præsertim, cum relationis ipsius series repugnan-
tia contineat, & adversa. Dicitur etenim, quod cri-
men

(1) Tuscien.

men ejusdem presbyteri usque adeo publicum fuerit, & notorium, quod nullus initiationis locus penitus existebat, utpote cuius universus vicinæ populus testis erat, & tamen illud præmittitur, quod eidem presbytero terminum pœnitentiarum præfixerunt, in quo si posset, super infamia prædictorum criminum canonice se purgaret. Cum nimis si crimen notorium existebat, non erat utique illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulganda, & infra. Si vero nullus apparuerit legitimus accusator, & ipsum inveneritis apud bonos, & graves super prædictis criminibus, vel ipsorum altero infamatum, purgationem ei canonicam indicatis, non obstante, quod coram prædicto electo dicitur se purgasse, cum judicio pendente coram judicibus delegatis non debuerit ordinarius purgationem indicere infamato.

TITULUS XVIII. DE PURGATIONE VULGARI.

CAPUT I.

Idem Priori sancti Sergii Spoletani.

De purgat.
vulg. c. 2.

Significantibus W. laico, & fratribus ejus ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod cum quidam eos super furti crimine accusaret, cum eo præter terræ consuetudinem, coacti sunt inire duellum, in quo aliis peccatis suis præpedientibus ceciderunt, propter quod post ap. ad nos interpositam, per Consules Spoletanos bonis fuerunt propriis spoliati; nunc vero furtum apud alios est inventum, & quod ipsi fuerint innocentes est favente domino revelatum. Unde Consulibus ipsis dedimus in mandatis, ut ablata restituant universa. Ideoque dil. t. per A. s. m. qua. si ipsi mandatum nostrum neglexerint adimplere, tu partibus convocatis, & auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, ap. re. decernas, faciens, quod decreveris, per cens. ec. firmiter observari.

TITULUS XIX. DE PENIS.

CAPUT I.

Idem Nidrosten. Archiepiscopo.

De pœnis.
c. 5.

Quod in dubiis, & infra. Quia vero tam sacerdotes, qui gubernant naves ad pugnam, quam qui personaliter exercent pugnæ conflitum, & ii, qui alias incitant ad pugnam, omnes quidem enormiter peccant, de rigore canonico eos credimus deponendos.

TITULUS XX. DE PENITENTIIS.

CAPUT I.

Idem Liven. Episcopo, & eis, qui cum ipso sunt, fratribus.

De pœnit.
c. 5.

Deus, qui ecclesiam suam, & infra. Ceterum cum pœnitentia non tam secundum quantitatem excessus, quam pœnitentis contritionem, & discretionem sacerdotis, sit arbitrio moderanda, pensata qualitate personæ super fornicatione, adulterio, homicidio, & aliis criminibus, consideratis circumstantiis omnibus & præsertim novitate Livonien. ecclesie, competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout saluti eorum videritis expedire. Apostoli autem vestigiis inharentes dicentis, ut prædictimus, lac dedi vo-

bis potum, non escam: paulatim eos instruatis in fide, confessionis formam, orationem dominicam & symbolum, ipsos sollicitius edocentes. Interim tamen corporis, & sanguinis domini sacramentum renatis fonte baptismatis consuetis festivitatibus & in mortis articulo tribuatis.

CAPUT II.

Idem E. tr. sancti Laurentii in Lucina presbytero Card. Ap. sed. Legato.

Officii, & infra. Significasti nobis præterea, c. 9. sed. quandā mulierē in pœnitentia fuisse confessam; quod timens, ne viri possessio devolvetur ad alios, inducta cujusdam consilio beneficæ mulieris, quatundam herbarum cotidie succum potabat, & sic ejus venter intumuit, & inde gravidam se ostendens, tandem sibi partum suppedituit alienum, timensque maritum non vult illud facinus ipsi detegere, qui prolem credit sine dubitatione qualibet esse suam. Quoniam igitur per nostras postulas litteras edoceri, utrum ei hac fraude durante sit pœnitentia injungenda; inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod sicut mulieri, quæ ignorante marito de adulterio prolem suscepit, quamvis id viro suo timeat confiteri, non est pœnitentia deneganda; ita nec illi debet pœnitentia denegari, maxime si per alios, intelligas alienos, ad quos timeat possessionem viri devolvi, sed competens satisfactio per discretum sacerdotem ei debet inungi.

TITULUS XXI.

DE SENTENTIA, ET EXCOMMUNICATIONE.

CAPUT I.

Idem Archiepiscopo, Decano, & Præcentori Lundon.

CUM pro causa quæ inter dil. fil. G. & F. Cabilon, ecclesiæ Archid. vertebatur, procuratores utriusque partis ad nostram præsentiam accessissent, nos eis dil. fil. G. sancti Adriani Diaconum Card. concessimus auditorem, coram quo procurator G. Archid. inter alia allegavit, quod cum F. Archid. in succentorem Cabilon. ecclesiæ, diaconatus fungentem officio in communione dormitorio manus injecisset temere violentas, & eum traxisset verberando per claustrum, tu frater Archiepiscope eum ob violentam manuum injectionem, & violentiam, vel violationem immunitatis ecclesiæ fecisti excommunicatum publice nuntiari. Ipse vero ad Ap. sed. accedens, confessus est, quod in clericum manus injeccerat violentas, supprimens tamen quod immunitatem violasset ecclesiæ, super absolutione sua litteras impetravit, & infra. Nos igitur causam ipsam vestro examini committentes, dis. v. per Ap. s. m. qua. si vobis constiterit dictum F. Archid. ob duplum causam excommunicatum fuisse, exprefisse tantum in litteris alteram, quas super absolutione sua a sed. Ap. impetravit, ipsum tamquam excommunicatum satisfacere ecclesiæ suæ ex altera, mon. præmissa per cens. ec. ap. rem. cogatis.

CAPUT II.

Idem Abbat. sancti Andreæ.

Anobis est sæpe quæsumus, utrum si aliquis cap. 28. e. excommunicatus, in quo indicia fuerint pœ-

pœnitentia manifesta, nec per eum steterit, quoniam non reconciliaretur ecclesiastica disciplina unitati, non suscepit beneficio absolutionis decesserit, pro absoluto ab ecclesia sit habendus; & utrum pro tali sit recipienda elemosyna, & a fidelibus sit orandum. Ut autem quod intendimus per suppositionem exempli apertius exprimamus, quidam presbyter, & canonicus regularis, sicut per tuas nobis litteras intimasti, cum publica laboraret infamia, quod ad quandam conjugatam acederet, maritus ejusdem mulieris, & consanguinei ejus in eum manus injecerunt temere violentas, propter quod per Episcopum denuntiati sunt excommunicationis sententiæ subjacere. Unde ipsi postmodum ad eundem Episcopum accedentes, praestito in manibus ejus, quod parerent iudicio ecclesiæ corporaliter juramento, in mandatis receperunt ab ipso quod propter hoc Apostolico se conspectui præsentarent. Cumque unus eorum se ad iter accingeret veniendi, a quibusdam suis genulis est peremptus, & extra cœmeterium ecclesiæ tumulatus; & licet contra interfactores amici, & consanguinei interfacti graviter sint commoti, eis tamen omnem rancorem remitterent, & offendam, dummodo interfacti cadaver tradetur ecclesiastica sepultura. Videretur igitur in hoc casu forsan quibusdam, quod cum sacramentum non necessitatis articulus, sed contemptus religionis excludat, & iudicium ecclesiæ divinum possit, & debeat imitari iudicium, cum in imperfecto prædicto manifesta pœnitentia signa præcesserant, propter hoc absolutus etiam ab ecclesia sit habendus; sed è contrario, cum ex sola culpa ligetur quis quoad Deum apud triumphantem ecclesiæ, ex sola vero sententia ligetur quoad hominem apud ecclesiæ militantem, quando vinculum culpa remittitur, absolvitur apud Deum, sed apud homines non absolvitur, nisi quando vinculum sententiæ relaxatur, alioquin ecclesiæ absolutio nullatenus necessaria videretur, si in sola cordis contritione præter sacerdotale officium rigor relaxetur disciplina ecclesiastice. Nos ergo consultationi tuæ de consilio f. n. breviter respondemus, quod iudicium Dei veritati, quæ nec fallit, nec fallitur, semper innititur; iudicium autem ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere semper (1) contingit, & falli, propter quod contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum, apud ecclesiæ sit solitus, & qui liber est apud Deum, ecclesiastica sit sententia innodatus. Vinculum ergo, quo peccator ligatus est apud Deum, in culpa remissionem dissolvitur. Illud autem, quo ligatus est apud ecclesiæ, cum sententia remittitur, relaxatur, quod in suscitatione Lazari sermo evangelicus manifestat, quem dominus prius suscitavit, & Apostolis præcepit postmodum solvere suscitatum. Unde quantumcumque se dictus vir iuramento præstito quod ecclesiæ mandato pareret, humiliare curaverit, quantumcumque pœnitentia signa præcesserint, quia tamen morte præventus absolutionis non potuit beneficium

obtinere, quamvis absolutus apud Deum fuisse creditur, nondum tamen habendus est apud ecclesiæ absolutus; potest tamen, & debet ei beneficio ecclesiæ subveniri, sic ut cum de ipsius viventis pœnitentia per evidentia signa constituerit, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur. Nec obstat, quod ecclesiæ legitur attributa potestas ligandi, atque solvendi homines super terram, tamquam non possit solvere, & ligare sub terra sepultos, & quod legitur, non communicetur mortuo, cui non est communicatum & vivo: cum etsi excommunicato non fuerit communicandum, tamen illi fuisse, quem non contemptus religionis, sed necessitatis articulus impedivit, & in certis casibus a canonibus denotatis ligasse legitur ecclesia mortuos, & soluisse. Ut autem in uno pariter, & in eodem negotio servemus rigorem, & mansuetudinem ostendamus, statuimus, ut illius mortui absolutione a sed. Ap. requiratur, qui cum viveret ab Ap. sed. fuerat absolvendus, aliorum autem absolutionem ex præmissa cum ceteris indulgemus, a quibus cum viverent, fuerant absolvendi. Absolutionis autem forma servetur, ut fiat cum pœnitentiali psalmo, & tam oratione dominica, quam alia consueta. Heredes tantum ipsius ad satisfactionem pro ipso, si commonitione præmissa noluerint, per dis. eccl. compellantur.

C A P U T III.

Idem Wineglanien. Episcopo.

Nuper a nobis tua discretio requisivit quid cap. 29. e. sit de illis laicis faciendum, qui clericos, si ne lassione tamen, in custodia detinent publica vel privata, vel etiam detrudunt in vincula, utrum in canonem latæ sententiæ incident, ut ipso facto sint excommunicationis vinculo innodiati, sicut illi, qui manus iniiciunt in clericos temere violentas, & utrum, qui nominatim excommunicatis scienter communicant, absolviti ab excommunicatione possint per confessionem a simplici sacerdote, vel Episcopi, vel Archiepiscopi sit ab eis absolutio expetenda, etsi post praetam pœnitentiam cum illis valeat dispensari, qui etsi bigami de jure non sint, de facto tamen bigami nuncupantur, eo quod in sacris ordinibus constituti, more nupciali secundas in contubernium sibi mulierculas adjunxerunt. Nos igitur inquisitioni tuæ t. duximus ex ordine respondendum, quod in primo consultationis articulo non credimus laicos pœnam excommunicare, evadere, quamvis eorum factum corporalis lassio non fuerit subsecuta, citra quam violentia saepius contra clericos nequiter perpetratur. In secunda vero quæstione credimus distinguendum, an is, qui nominatim excommunicato scienter communicat, in crimen communicet criminoso, ei consilium impendendo, auxilium, vel favorem, aut alias in oratione, aut osculo, aut orando secum, aut etiam in edendo. In primo quidem articulo cui talis communicet criminis, & participet criminoso, ac per hoc ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnavit, ab eo, vel ejus su-

[1] Sæpe, Greg. IX.

superiore merito delicti, tunc erit absolutio requirenda, cum juxta canonicas sanctiones facientes, & consentientes par poena constringat. In secundo vero casu a suo Episcopo, vel proprio sacerdote poterit absolutionis beneficium obtainere. Quamvis enim & tunc, non judicis, sed juris sententia excommunicato sit communicans ligatus; quia tamen conditor canonum ejus solutionem, qui specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. Is autem, qui juxta primum modum excommunicato communicat, cum juramento debet absolviri, qui vero juxta secundum modum illi participat, reconciliari poterit sine juratoria cautione. Verum, si difficile sit ex aliqua justa causa, quod ad ipsum excommunicatorem absolvendum accedat, concedimus indulgendo, ut praestita juxta formam ecclesiae cautione, quod excommunicatoris mandato parebit, a suo absolvatur Episcopo, vel proprio sacerdote.

C A P U T IV.

Idem doctoribus decretorum Bononiae.

c. 31. eod. **I**ntra alia, quæ ven. f. n. Mendiosien. Archiepiscopus dudum Apostolatui nostro proponit humiliter consulendo, etiam si bene meminimus, requisivit, utrum excommunicato communicare quis, & qui etiam teneantur, cui super illo recolimus articulo respondisse, quod nullus omnino nominatim excommunicato. scienter communicare tenetur, nisi quædam personæ, quæ per illud Gregorii Papæ capitulū, quoniam multos *, specialiter excusantur. Verum ex hac nostra responsione magna quidem, sicut accepimus, orta est occasio disputandi, aliis concedentibus, quod excommunicato communicare teneantur personæ in prædicto capitulo nominatae, præferunt quæ prius ex debito ad communicationem eorum tenebantur, aliis afferentibus, eos excommunicatis communicare licite posse, si velint, non tamen ad hoc ex necessitate teneri. Ut igitur unde jus prodiit, interpretatio quoque procedat; ambiguitatem hujusmodi taliter duximus absolvendam, quod cum quædam personæ in prædicto capitulo prius denotatae, vel in quos lata fuerit excommunicationis sententia, subsequenter ante prolationem ipsius obsequio tenerentur familiariter adhærere; neque postmodum ad necessaria teneantur, cum adhuc ipsum debitum duret beneficio canonis id agente, a priori non sint obnoxietate soluta, sed ad familiare tenentur obsequium, & ita per consequentiam ad communicationem quoque tenentur, sine qua illud nequeunt exhibere si autem non ad omnes personas capitulum credimus referendum, ut videlicet obnoxietati hujusmodi sint subiectæ, cum viatores, peregrini, & mercatores a communione talium personarum, nisi articulus necessitatis immineat, debeant abstinere, ut in fine colligitur manifeste, sed ad illas dumtaxat, quæ talibus artiori tenentur obnoxietate constrictæ, quibus tamen in iis, pro quibus sunt excommunicatione notatae, ut in criminibus, communicare non debent, sed ab

Tom. IV.

[1] *Susceptis, forte.*

eis penitus abstinere. Unde prudenter in præmissa consultatione respondemus, non omnes personas, sed quasdam, quæ per illud Gregorii Papæ capitulum specialiter excusantur, ad communionem hujusmodi præmisso modo teneri. Utrum autem & illæ personæ propter atrocitatem facinoris severius puniendi, a communione talium per excommunicationis sententiam debeat aliquando prohiberi, quia quæsumus non extitit, responsum non fuit.

C A P U T V.

Idem.

CUM illorum absolutio, qui pro violenta manu injectione in clericos labem excommunicationis incurrint, præterquam in quibusdam casibus a prædecessoribus nostris exceptis, sed dumtaxat Apostolicæ reservetur, nonnulli eccl. sententiam negligentes in excommunicatione positi eccl. ordines accipere non formidant: quid autem fieri debeat de his, Ap. saepius orationem imploratur, circa quos credimus, sicut reperitur in subditis, distinguendum, quod tales, vel sciunt excommunicationis se vinculis irretitos, vel non recolunt factum, pro quo in latæ sententia canonem inciderunt, vel factum quidem scientes, juris ignari nesciunt exinde se teneri: primos si fuerint sæculares, a subreptis 1) ordinibus censemus in perpetuum deponendos, in reliquis casibus tam Archiepiscopi, quam Episcopi absque mandato sed. Ap. speciali dispensandi facultatem se noverint non habere, quibus est etiam absolutio talium interdicta, & majora intelligentur illis prohibita, quibus verita sunt minoria. Poterunt tamen hujusmodi Romani Pontificis auribus intimiri, ut ab eo secundum rigorem, vel æquitatem responsum prodeat, pro ut ejus discretio viderit faciendum. Qui si claustrales hujusmodi fuerint; licet a bonæ mem. Papa prædecess. nostro Alexandro fuerit constitutum, quod monachi, & canonici regulares, quo cumque modo se in claustro percusserint, non sunt ad Ap. sed. mittendi, sed secundum discretionem, & providentiam Abbatis sui disciplinae subdantur; & si Abbatis discretio ad eorum correctionem non sufficit, providentiam diocesanum Episcopi est adhibenda: & alibi dicat, quod de sæculo fugientes, qui religionis habitum in monasterium receperant, & inter cetera postmodum confiteantur se tale commississe delictum, per quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrerunt, sine licentia Romani Pont. Abbas non potest eos, nec debet absolvere, quamvis præsumptionem delinquentium, debita possit animadversione punire. Nos tamen in religionis favorem, ut evagandi materia subrahatur, majorem eis gratiam exhibere volentes, quod in talibus absolutionis beneficium valeant impertiri, eorum Abbatis indulgemus, nisi excessus ipsorum extiterit adeo difficilis, & enormis, utpote si ad mutilationem membra, vel effusionem sanguinis est processum, aut in Episcopum, aut in Abbatem violenter sit manus injecta, cum excessus tales, & similes ne-

F fff

que-

queant sine scandalo prateriri : si vero claustralis aliquis in religiosum alterius claustrum manus injecerit violentas, per Abbatem proprium & ejus, qui paetus est injuriam, absolvatur. Quod si clericum percusserit sacerdalem, non nisi per Apostolicam sed, ut scandalum evitetur, absolutionis gratiam poterit promereri. Si autem & hos ad ordinem promoveri contingat, juxta præmissam distinctionem, qui scienter in contemptum ecclesiasticae disciplinae fecerint ordinari, ab executione suscepisti ordinis, & officii decernimus manere suspensos : circa reliquos vero, facti memoriam, vel juris peritiam non habentes, monasterii utilitate pensata, post injunctam, & peractam poenitentiam Abbates ipsorum poterunt dispensare, nisi grave fuerit, & notabile factum, aut is, qui fecit, adultus fuerit, & discretus, ut violenter, & valide contra oblivionem, vel ignorantiam presumatur. Præcipimus autem Abbatis, ut formam istam diligenter observent, ne privilegium mereatur amittere, qui permitta sibi abutitur potestate.

C A P U T VI.

Idem Episcopo Pistorien.

c. 33. eod.

DE monialibus tua a nobis f. requisivit, per quem eis sit absolutionis beneficium im pendendum, si vel in se invicem, vel conversos, vel conversas suas, aut clericos etiam in suis monasteriis servientes manus injecerunt temere violentas. Super hæc igitur tuæ consult. t. responde mus; ut auctoritate nostra per Episcopum, in cuius dioecesi monasteria fuerint, absolvantur,

C A P U T VII.

Idem universis cruce signatis.

c. 34. eod.

SI vere vos poenitet de commissio, & plene proponitis satisfacere de peccato, Deum vobis credimus, immo novimus jam pacatum. Si ergo Veneti ad satisfactionem inducti absolutionis beneficium meruerint obtinere, secure cum eis navigare poteritis, & prælium domini præliari. Quod si nec satisfacere forte voluerint, nec absolvi, utpote qui non dolere, sed gaudere dicuntur de commissio, permittimus vobis, ut cum ipsis usque in terram Sarracenorum vel Israelitarum provinciam, juxta quod inter vos convenit, & ipsis, vel honeste convenerit, navigio transseatis, quanto minus poteritis, cum dolore tamen, & amaritudine cordis, & sub spe veniae communicantes eisdem. Cum enim jam a vobis majorem nauili reperient quantitatem, nec ad eam possunt restituendam induci, aut etiam coartari; si aliter fieret, videremini vos dampnum ex poenitentia incurrisse, ipsis autem premium ex contumacia reportare, cum ad hoc debitum exsolvendum ipsis vobis maneant obligati, & ab excommunicatis exigi possit, & recipi, quod debetur. Est autem cautum in jure, quod si quisquam per terram hereticorum, aut quorumlibet excommunicatorum transferit, necessaria emere, ac recipere poterit ab eisdem. Praeterea si paterfamilias domus excommunicationis sententia fuerit innodatus, a participatione ipsius familia excusatur. Licet ergo Dux Venetorum dominus navium, tamquam paterfamilias domus, in excommunicatione per-

fistat; vos tamen tamquam ipsius familia, dum in navibus ejus fueritis, ipsius excommunicatio non contingit, & excusabiles eritis apud Deum, si in excommunicatorum navibus existentes, cum dolore cordis sub spe poenitentie communicaveritis ipsis, in quibus eorum communionem non potueritis evitare.

C A P U T VIII.

Idem Lundon. Episcopo.

UT famæ tuae consulas, & saluti, & sic ma-

c. 35. eod.

lorum audaciam comprimas, ut ab eis bonorum innocentiam tuearis; super his nos humiliter consulis, quæ officium pastorale contingunt, ut de nostra responsione securus invicem sibi sollicitudinis debitum laudabilius exequaris. Sane nos tua duxit f. consulendos, utrum clerici gravi ter excedentes, qui tute non possent monasteriis ad agendum poenitentiam deputari, quoniam cum non poeniteant de commissis, opportunitate fu giendi captata, carcerem fugerent claustrum, & prioribus se sceleribus celerius immisererent, a te, vel aliis prælatis suis arta possint custodiae mancipari; & utrum laici, si clericos in magnis sceleribus deprehendant, in canonem decidant sententia promulgata; cum nec comprehendere, nec ad iudices trahere ipsis possint, nisi in eos manus injicerint violentas. Ad primum igitur respondemus, quod, cum prælati excessus corrigere debeant subditorum, & publica utilitatis intersit, ne crimina maneant impunita, & per impunitatis audaciam faciant, qui fuerant nequam nequiores, non solum possunt, sed debent etiam superiores clericos, postquam fuerint de criminе canonice condemnati, sub arta custodia detinere, qui cum sint incorrigibiles, nec in monasteriis valeant custodiri, ad similia, vel pejora de facilis laberentur. Laici vero citra excommunicationis sententiam capere clericos, & ad judicium trahere possunt, si oporteat etiam violenter; dum tamen id de mandato faciant prælatorum, quorum illi sunt jurisdictioni subjecti, & quorum est corrigerem criminosos; cum hoc non ipsis, sed illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur; dum tamen non amplius eorum violentia se extendat, quam defensio, vel rebellio exigit clericorum.

C A P U T IX.

Idem Strigonien. Archiepiscopo.

QUOD in dubiis nostro postulas certificari re scripto, ut juxta illud tuæ discretionis arbitrium modereris, fr. t. dignis in domino laudibus commendamus. Sane consuluit nos tua f. an sit communicandum excommunicato, qui quod staret mandato ecclesiæ, juratoriam præstitit cautionem, sed nondum absolutionis beneficium est adeptus; etsi excommunicato communicare aliqui, & qui etiam teneantur. Quæsivit etiam, quæ poena iis fuerit injungenda, qui excommunicatis nolentes communicant, vel invitati, & quid de presbyteris sit agendum, qui gubernant naves ad pugnam, & pugnant, & iis, qui alios incitant, sed non pugnant. Ad hæc autem fr. t. taliter responde mus, quod nec excommunicato, licet, quod stet mandato ecclesiæ, juramento firmarit, communicari debet; donec per ecclesiam fuerit absolutus:

alio-

alioquin post juramentum non esset absolutio necessaria. Utrum autem si absolutionis beneficium non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excluderet, tali, vel saltem in morte communicare sit licitum; quia minime per tuas litteras requisisti, ad praesens non duximus respondendum; nullus autem scienter omnino nominatim excommunicato communicare tenetur, nisi quædam persona, quæ per illud Gregorii Papæ capitulum, *Quoniam multos*, specialiter excusantur. Illi autem, qui nominatim excommunicatis presumptuose participant, præter personas dicto canonem annotatas, nisi ab eorum participatione commoniti forte desliterint, excommunicationis sunt vinculo innodandi; secus autem si ei scienter communicant, qui cum participibus suis vinculo sunt excommunicationis sententialiter innodati, tunc enim & ipsi sententiam excommunicationis incurront.

C A P U T X.

Idem Bracharen. Archiepiscopo.

c. 36. eod.

Contingit interdum in partibus tuis, & de consuetudine regionis habetur, sicut tua nobis fr. intimavit, quod clerici si quem offendant, & satisfacere velint offenso, secundum modum patriæ, quem inter se laici jam observant, corpora sua sponte supponunt xxx. vel xl. seu pluribus, aut paucioribus percussionibus fustium, quas frequenter non coacti suscipiunt, sed volentes, non solum de aliorum clericorum manibus, sed etiam laicorum: unde nos humiliter consulentes, utrum hujusmodi percussores in canonem incident sententiæ promulgatae. Nos autem fr. t. super hæc taliter duximus respondendum, quod hujusmodi manus injectio, et si non violenta, tamen injuria videtur, cum ille canon non tam in favorem clerici ordinati, quam in favorem ordinis clericalis fuerit promulgatus: & ideo volumus, & mandamus, ut id de cetero prohibeas attemptari per provinciam Bracharen. Si quis autem clericus post prohibitionem hujusmodi sponte subierit, excommunicetur uterque proviso, quod clericus injuriam passio sine injuria clericalem satisfaciat competenter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformari.

C A P U T XI.

Idem Londonen. Episcopo.

c. 37. e.

Relatum est nobis, quod, cum aliqui servi tuæ provinciæ propter injectionem manuum in clericum violentam, in canonem incident sententiæ promulgatae, allegantibus dominis eorundem, quod carere mancipiis suis nolunt, venire ad sed. Ap. absolvendi non curant, per occasionem hujusmodi eludentes eccles. disciplinam. Quocirca disp. v. per Ap. f. m. quat. eos venire compellas ad sed. Ap. absolvendos, cum plus sit Deo, quam homini deferendum, nisi fecerint hoc in fraudem, ut subtrahant se ab obsequio dominorum, aut ipsi propter hoc sine culpa sua incurserent grave damnum, & in utroque casu poteris eos ex indulgentia nostræ permissionis absolvere, cum nimis sint ab Ap. sed. remoti, sed in recom-

pensatione laboris, quem in itinere sustinerent, aliam eis satisfactionem injungas; dummodo non sit tam gravis, & enormis excessus, ut propter vietandum scandalum, & tollendum exemplum hujusmodi servi ad servum servorum venire debeat absolvendi.

C A P U T XII.

Idem Nidrosien. (1) Archiepiscopo.

Sicut autem is, qui voluntarius excommunicatis communicaverat, qui cum omnibus fautoribus suis, & participibus excommunicationis sententia sint adscripti, ad cor postmodum rediens, de mandato ecclesiæ, illos, quos soverat, expugnaret; non tamen prius, quam absolutionis gratiam percepit, habendus est absolutus; nec si occumbat in bello, oblationes sunt recipienda pro eo, vel orationes domino porrigenda, nisi cum de ipsius viventis poenitentia per evidencia signa constituit, juxta cujusdam constitutionis nostræ * tenorem, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur.

C A P U T XIII.

Idem Asininati (2) Episcopo.

Sicut nobis tuis litteris intimasti, cum aliquos tuæ dioeces. clericos, vel laicos culpis suis exigentibus excommunicationi supponis, ipsi postmodum ad te nulla satisfactione præmissa sine testimonialibus litteris redeentes, dicunt se absolutionis beneficium receisse, quibus si credi debeat in hac parte, per nos instrui suppliciter postulasti, cum propter causam hujusmodi, sicut dicas tuæ sententiæ a subditis contemnatur. Nolentes igitur hominum malitiis indulgeri, f. t. taliter respondemus, quod nisi excommunicati a te super absolutione sua litteras, vel illius, cui vices nostras in hac parte commisimus, reportarint, aut alio modo legitime de illorum absolutione tibi constiterit, tu de eorum absolutione fide non habita, ipsos pro excommunicatis ut prius habeas, & facias evitari.

C A P U T XIV.

Idem Senonen. Archiepiscopo.

PER tuas nobis litteras intimasti, quod cum ven. f. n. Altisiodor. Episcopus in Altisiodoren. Archipresbyterum excommunicationis sententiam promulgasset, Archipresbyter se tuo conspectu præsentavit, & quod flaret mandato ecclesiæ sufficientem obtulit cautionem, petens humiliter, ut ei absolutionis beneficium exhiberes: tu vero volens Episcopo mem. deferre, ipsum sapienter monuisti, ut absolveret Archipresbyterum memoratum, sed quia monitis non parebat, excommunicatum absolvere curavisti, quem Episcopus pro absoluto non habet, utpote qui prononit, quod ad te illius absolutio non spectabat. Unde quæris, quid in similibus sit agendum; videatur enim aliquibus, quod cum ad metropolitatum per ap. quaestio non defertur, excommunicatus autem vocem non habeat appellandi, utpote ab ecclesia separatus, sive appellaverit, sive non, metropolitanus ei non debet absolutionis benefi-

F fff 2.

gium

(1) Nidrosien. (2) Assininate, forte.

* Quæfit su
præ e. t. cap.
A nobis, Gl.

* Sup. de
off. ordin. c.
Quæsitum,
l. 1. Gt.

ciuum exhibere. Verum ex verbis cuiusdam epistolæ, quam dicunt scholastici *decretalem*, & à bono mem. Alex. Pap. præd. n. emanasse proponunt*. habetur, quod si ante ap. in aliquem excommunicationis sententia fuerit promulgata, metropolitanus ante litis ingressum ab eo juramento recepto, secundum ecclesiæ consuetudinem, debet ipsum absolvere, nisi voluerit Episcopo dioecesis deferre, ipsumq. ad eum remittere absolwendum; ubi etiam consequenter infertur, quia excommunicati audiendi non sunt prius, quā fuerint absolti, nec sunt ad illos, a quibus appellaverant, remittendi. In Sardicensi autem concilio reperitur, ut is, qui ab Episcopo est abjectus, finitos Episcopos interpellat, & causa ejus audiatur, & diligentius pertractetur; Episcopus autem, qui justè, vel injuste abjecit eundem, patienter accipiat, ut discutiatur negotium, qua. vel probetur ejus à pluribus sententia, vel etiam emendetur: prius tamen, quam omnia diligenter, ac fideliter examinata fuerint, nullus ante cognitionem communioni eum sociare præsumat, qui fuerat communione privatus. Nos igitur credimus distinguendum, utrum proponat, se post ap. legitime interpositam excommunicatione notatum, vel in forma excommunicationis intollerabilem errorem fuisse patenter expressum, in quibus casibus ad probationem eorum, etiam si absolutionem non petat, debet admitti, sed donec de ipsis constiterit, in aliis evitari, quamquam Ap. sed. etiam tales confueverit absolvere ad cautelam. Verum in aliis, nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri, ne sententiam ecclesiasticam contemnere videatur, & propter hoc amplius in suo contemptu ligetur. Quod si beneficium absolutionis humiliiter postulaverit, metropolitanus eum debet absolvere, nisi suo duxerit suffraganeo referendum. Cui tamen si suffraganeus absolutionis beneficium juxta formam ecclesiæ noluerit exhibere, ipse nihilominus ipsū absolvat, cautione recepta, quod suo beat parere mandato, ac deinde causam audiat, & quod canonicum fuerit, iustitia mediante decernat. Quod si forsitan Episcopus subditum suum propter manifestum excommunicasset excessum, metropolitanus non debet ipsum absolvere, nisi suffraganeus requisitus malitiose sibi absolutionis beneficium denegaret.

C A P U T XV.

*Idem C. S. Laurentii in Lucina presbytero
Cardinali Apostolicæ sedis Legato.*

c. 42. eod.

Officii, & infra. Postremo quæsisti, utrum is, qui propter plures excessus a pluribus prælati jus in ipsum habentibus excommunicationis est vinculo innodatus, & uni prælatorum de uno tantum satisfacere vult excessu, ab eo sit absolwendus, de quo satisfacere vult eidem, & cum de alio non satisfecerit, alii absolutus valeat nuntiari. Quia vero super hoc interscholasticos diversæ sunt sententiæ diversorum, nos ad præsens nulli præjudicare volentes, id solummodo tibi super hoc articulo respondemus, quod supprimenti veritatem absolutio subrepta non prodest, & veri-

tatem intelligens absolutionem hujusmodi exhibere non debet.

C A P U T XVI.
Idem Ferrarien. Episcopo.

Responso nostro postulas edoceri, cum Fer. c. 43. eod. rarien. cives excommunicationis interdicti tententis sunt ligati, an liceat tibi viros, & mulieres semel in hebdomada, vel in mense apud aliquam ecclesiam convocare, quibus prædices verbum Dei, & eosdem ad correctionem inducas. Super quo fraternitati tuæ taliter respondemus, quod sine scrupulo conscientiæ hoc facere poteris, cum videris expedire, dummodo contra formam interdicti nullum eis divinum officium celebretur. Præterea quæsivisti, cum Ferrarien. civitas interdicto sit, & excommunicationi supposita, & ideo sint ibidem præter baptismum parvulorum, & pœnitentiam morientium, universa sacramenta ecclesiastica interdicta; an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus consignare. Super quo tibi taliter duximus respondendum, quod sicut baptizati pueri possunt; sic & baptizati ad confirmationem in frontibus a te possunt sacro christmate deliniri.

C A P U T XVII.
Idem.

Inquisitioni tuæ breviter respondeo. Credimus c. 44. eod. distinguendum, utrum alter conjugum pro certo sciet impedimentum conjugum, propter quod sine mortali peccato non possunt carnale commercium exercere, quamvis illud apud ecclesiam probare non possit, an impedimentum hujusmodi non sciat pro certo, sed credit, in quo utique casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. In secundo vero casu distinguimus, utrum habeat conscientiam hujuscemodi ex credulitate levi, & temeraria, an probabili, & discreta, siquidem ad sui pastoris consilium conscientia levis, & temerariae credulitatis explosa, licite potest non solum reddere, sed exigere debitum conjugale. Verum cum conscientia pulsat animum ex credulitate probabili, & discreta, quamvis non evidenti, & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet, ne in alterutro, vel contra legem conjugi, vel contra judicium conscientiæ committat offendam. Tu ergo juxta responsionem præscripta super illo procedas articulo, de quo nos consulere voluisti.

T I T U L U S XXII.
DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

C A P U T I.

Idem Ferrarien. Episcopo.

Veniens ad Apostolicam sed. dil. filius lator præsentium lacrymabili nobis insinuatione monstravit, quod, cum per singulos ordines usque ad gradum sacerdotii ascendisset, comperierit tandem pro certo, quod non fuerit secundum formam evangelii baptizatus. Unde nos eum per ven. f. n. Tuscul. Episcopum rite fecimus baptizari, & cum super ordinibus coram nobis fuisset diutius disputatum, quidam in eam declinaverunt sententiam, ut cum baptismus sit fundamen tum sacramentorum, ante susceptionem bapti-

smi
De presb.
non baptiz.
c. ult.

smi non suscipiatur aliud sacramentum; quoniam ubi fundamentum non est, superadificari non potest. Porro, cum quis non solum per sacramentum fidei, sed per fidem etiam sacramenti efficiatur proculdubio membrum Christi, & qui Christum habet per fidem, etsi baptismū non habeat, habet utique fundamentum, præter quod aliud ponere non potest, quod est Christus Jesus, superadificari posse videtur, sicut salutifera opera, sic & quælibet ecclesiastica sacramenta, cum illud non sit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus sacramentis, quod baptismus sit fundamentum illorum; quoniam & sacramentum conjugii, & sacramentum etiam Eucharistiae a non baptizatis recipi potest. Præterea sacramentum ordinis non solum Pontificalis, sed sacerdotalis etiam & levitici ex institutione sua præcessit baptismum, propter quod apparet, quod ante baptismum hujusmodi ordines possunt rite conferri, maxime iis, qui baptizati creduntur. Quid enim si forsitan is, qui baptizatus esse creditur, & non est, in Episcopum saltem de facto fuerit consecratus? erunt ne reordinandi omnes, qui ab eo fuerint ordinati? & cum de pluribus Episcopis nesciat, an renati fuerint aqua baptismatis, cum nec ipsi reminiscantur, nec alii: dubitatur igitur an tales veraciter in Episcopos sint consecrati, cum ex hoc tot, & tanta sequuntur non solum absonta, sed absurdā, silentium est potius, quam dicendum. Quia vero in concilio apud Compendium legitur constitutum, quod si quis in presbyterum ordinatus, deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: nos circa latorem præsentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes, f. t. per A. f. m. qua. ipsum per singulos ordines usque ad sacerdotium promovere procures, & permittas eum in sacerdotio ministrare, quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum, nec male de sacramento sentitur, cum illud non religionis contemptus, sed articulus necessitatis excludit, & certe de illo, qui natus de Christianis parentibus inter Christianos est fideliter conversatus tam violenter præsumitur, quod fuerit baptizatus, ut haec præsumptio pro certitudine habeatur, donec evidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur.

TITULUS XXII. DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

CAPUT I.

Idem Colibrien. & aliis Episcopis. in Regno Portugalliae constitutis.

De verbis
gn. c. 17.

CUM in partibus vestris, peccatis exigentibus, sape contingat diversa loca interdicto supponi, quando generale, vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium revocari, cum illi, qui ab ecclesia Romana decorari privilegio meruerint, videlicet, ut cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis, clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis, & interdictis, suppressa voce divina officia celebrare, interdicto particulari se afferant non artari, afferentes illud interdictum generale dumtaxat, quando regnum vel saltem pro-

vicia tota subiicitur interdicto, propter quod, & justitia sapienter deperit, & prælatorum sententiae contemnuntur; cum in aliis provinciis interdictis divina celebrent, & suspensis organis aliorum, ipsi pulsatis campanis, & apertis januis, quoslibet passim recipient ad divina. Ne autem diversa interpretatione discordia causam inter vos ulterius, & odii solum valeat administrare, vel quod interdictum dici debeat generale, amodo in dubium revocetur, significatione vobis præsentium intimamus, quod cum in privilegium de regno, vel provincia nihil expresse dicatur, nomine terræ non solum regnum, vel provinciam intelligi volumus, verum etiam villam & castrum, ut & in his locum habeat, quod & de generali dicitur interdicto, videlicet ut cum villa vel castrum generali subiicitur interdicto, præscripta privilegii forma debeat observari.

CAPUT II.

Idem Altisiodoren. Epilcopo.

CUM tibi de benignitate sed apud sit indultum, quod ordinatio rerum clericorum ab intestato decedentium libere in tua potestate, ac dispositione permaneat, volens omnem materiam scandali removere, quod aliquando inter te, & tuos est subortum, super duobus nos consulere voluisti. Primo an appellatio vocabuli clericorum, tam ad canonicos, quam ad non canonicos extendatur; secundo an illi, qui in voluntate, & dispositione alterius suam committunt ultimam voluntatem, nihil per se penitus ordinantes, vel determinantes quid, cui loco, vel personæ conferri debeat, dicantur decedere intestati. Prima igitur cons. tuus duximus respondendum, quod appellatio clericorum non solum alias, sed & canonicos comprehendat. In secunda vero dicimus, quod qui extremam voluntatem in alterius dispositione committit, non videtur decedere intestatus.

CAPUT III.

Idem capitulo, & preposito Placentino.

CUM clerici Placentini juramentum praestant sub hac forma verborum: *Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens sanctæ Placentinæ ecclesie, & domino meo Placentino Episcopo*, per vestras nos litteras consulere voluisti, utrum intelligi debeat clerus totius diœcesis, an capitulum tantum ecclesie cathedralis. Nos igitur disp. v. respondemus, quia per ecclesie Placent. vocabulum in forma juramenti præscripti non debet intelligi totus diœcesis clerus, etsi capitulum intelligatur ecclesie cathedralis, is tamen, qui præstat hujusmodi juramentum, Episcopo tamquam capiti principaliter obligatur.

CAPUT IV.

Idem Priori sancti Frigidiani Lucan.

Quærenti, quid per sens. eccles. intelligi debet, cum hujusmodi clausulam in nostris litteris apponimus, respondemus, quod per eam non solummodo interdicti, sed suspensionis, & excommunicationis sententia valet intelligi, ut judex discretus rerum, & personarum circumstantiis indagatis ferat, quam magis viderit expedire.

CA.

C A P U T . V.

Idem Cæsaugustan. Episcopo.

c. 21. eod.

Quid per novatis vocabulum intelligi debeat, a nobis tua fr. requisivit. Licet autem quidam dixerit, quod novale sit terra præcisa, quæ anno cessat, aliis afferentibus, quod ex silva, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, fieri novale dicatur, quarum utraque interpretatio ex cœlibus legibus colligitur. Nos tamen inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod eam credimus prædecessorum nostrorum intentionem fuisse, cum piis locis indulgentiâ de novalibus concederunt, ut novale intellexerint agrum de novo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset, sed nec de quolibet tali novali credimus eis indulgentiam fore concessam, nisi de illo dumtaxat, cujus decimas religiosus potest conventus absque gravi detimento parochialis ecclesie detinere, cum talis sit sâpe locus incultus, de quo parochialis ecclesia magnos percipit decimarum ratione proventus.

C A P U T . VI.

Idem Abbatii de Alcobatia, & F. & P. monachis Alcobatiæ.

c. 22. eod.

Venerabili fratre nostro Colubrien. Episcopo didicimus conquerente, quod cum fratres Sanctæ Crucis monasterium de Anarganil, sub protectione sua nuper acceperint, quod suis prædeces. Episcopalia jura consueverat ab antiquis retro temporibus exhibere, numero 1 quodam de canonis suis sine consensu suo ibi facto Priore, occasione cuiusdam privilegii a bon. mem. C. Papa prædeces. nostro veritate tacita impetrati, eidem Episcopo debitam obedientiam denegat exhibere, inde sumpta occasione, quod per matricem ecclesiam, non cathedralem intelligent, sed Romanam. Unde quia non est nostra intentionis, ut jura fratum nostrorum nostris temporibus minuantur, causam ipsam vobis duximus committendam, per A. fed. mand. quat. si aliud vobis non occurrerit, propter quod dictus Prior non debeat diccesano Episcopo respondere, cum ad præstandam dicto Episcopo debitam reverentiam, sicut prædecessores sui prædecessoribus Episcopi præstiterunt, app. rem. per censur. eccles. compellatis. Nos enim per maricem ecclesiam cathedralem intelligere volumus, non Romanam, non obstante privilegio in præjudicium Colubrien, ecclesie per surreptionem obtento.

C A P U T . VII.

Idem Abbatii Sanctæ Genovefæ, Decano, & Canoellario Parisien.

c. 23. eod.

Ex parte in Christo dilectæ filiæ nobilis mulieris Comitissæ Blesenæ, nuntii ad nostram præsentiam destinati, sibi postulaverunt audienciam exhiberi, ut audiremus injurias, quas ei, & suis infert ecclesia Carnoten. quibus, & dilecto f. S. Beto canonico Carnoten. qui pro ipsa Rabat ecclesia, dil. f. R. tit. S. Anastasiæ presbyterum Cardin. dedimus auditorem, in cuius præsentia proposuerunt nuntii Comitissæ, quod cum ipsius Comitissæ præpositus de firmitate de villa Voba

quendam latrone ceperit, qui furtum commiserat, & justitia fuerit inde facta, latro fuit a Comitissæ ballivis per capitulum Carnoten. post factam justitiam requisitus, quia capitulum eum in terra sua captum fuisse dicebat, afferentibus ballivis e contra, ipsum fuisse captum in terra, in qua jus capiendi latrones, & alios malefactores habet eadem Comitissa; quoniam vir ejusdem, antequam signaculum crucis assumeret, erat in possessione juris illius, ut in illo loco, in quo captus ab ipso capitulo dicebatur, hujusmodi jurisdictionem haberet, quod erant probare parati. Verum cum super hoc parendi juri sufficientem cautionem offerrent, canonici Carnoten. nihilominus terram ejusdem Comitissæ fecerunt per Divien, Archid. interdicto supponi, qui postmodum requisiti, ab eis sufficienti cautione recepta juri parendi terram absolverent, eam recipere noluerunt nisi prius solveretur emenda. Consequenter ven. fr. n. Carnoten, Episcopus super hoc requisitus, & per litteras metropolitani sui monitus diligenter, ut terram Comitissæ taliter absolveret, sicut de jure poterat, & debebat, idem a capitulo jam dicto prohibitus, hoc facere recusavit; dicebat enim capitulum, hoc in Carnoten. ecclesie privilegio contineri, quod nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdictis pro canonicis Carnoten. absque congrua satisfactione absolutionis beneficii indulgere. Videntes autem nuntii Comitissæ quod data cautione absolvi non poterant, ut deberent, tam super hoc quam aliis causis inter Comitissam, & capitulum agitatis, metropolitani audientiam appellarunt, tam ipsam Comitissam, quam terram, & ballivos ejus sub ejus protectione ponentes, & infra. Metropolitanus autem, cum partes essent in die præfixa præsentes, privilegio diligenter inspecto, testes hic inde recepit, quibus ab officiali examinatis ipsius, & die partibus iterum assignato procurator Comitissæ cum instantia postulabat publicari attestations receiptas ex abundanti de juri parendo sufficientem offensum cautionem, ut relaxaretur sententia interdicti; sed procurator capituli e contrario allegabat, quod jam dicti privilegii ratione, ab ipso terra non poterat, nec debebat absolvi, nisi prius capitulo facta fuisset emenda, interpretando verbum illud, quod in privilegio continetur, videlicet satisfactione congrua pro emenda. Litigato igitur diutius super hujusmodi clausula, interlocutus est metropolitanus jam dictus, se velle hujusmodi expositionem Apostolic. examini reservare, & super hoc diem partibus assignavit, & infra. Ad intelligendam autem clausulæ privilegii memorati credimus distinguendum, utrum in aliquem interdicti, & excommunicacionis sententia sit prolata, ex contumacia tantum, quia scilicet citatus stare noluit juri, vel etiam pro offensa, quia videlicet jussus noluit maleficium emendare. In primo casu credimus congrue satisfieri, ut hujusmodi sententia relaxetur, si sufficiens standi juri cautio tribuatur. In secundo vero casu, si offensa est manifesta, non credimus

(1) Nunc, Gregor. IX.

con-

congrue satisficeri, ut hujusmodi relaxetur sententia, nisi sufficiens prius præstetur emenda. Si vero dubia est offensa, sufficere credimus ad relaxandam eandem, si parendi mandato competens satisfactione præbeatur.

C A P U T VIII.

Idem Comitissæ Bleſen.

a. 24. cod.

CUM olim pro canonice Carnoten. quodam capitulum contra te fuerat allegatum, quod dicebat in ecclesiæ suæ privilegiis contineri, ut videlicet nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdictis pro canonice Carnoten. absq. congrua satisfactione absolutionis beneficium indulgere, & infra. Quia vero dum ansam solvimus, nodum dicimus ligavisse, propter hoc, * quod eisdem canonice, velut afferis, proponentibus, illam esse offensam manifestam, non quæ judici, non quæ alii, sed quæ sibi tantummodo manifesta videntur; major ex illa dictione videlicet manifesta, stupulus questionis emersit. Tuis igitur humilibus precibus inclinati, offensam illam nos rescribimus intelligere manifestam, quæ vel per confessionem, vel probationem legitimam nota fuit, aut evidenter rei, quæ nulla possit tergiversatione cœlari.

C A P U T IX.

Idem Archidiacono, & Præposito de Secam, subd. nostro, Canonico Mediolanen.

De præsum.
pt. cap. ult.

DUDUM bon. mem. Archidiac. Mediolanen. dedimus in mandatis, ut dilect. fil. C. scholarem a presbytero S. Victoris xl. martyrum, qui solus in ipsa ecclesia ministrabat, in qua, sicut scholaris idem afferuit, quondam ministraverunt clericus, & sacerdos, in clericum, & fratrem ejusdem ecclesiæ recipi faceret, cuius facultates idem scholaris proponit nullatenus imminutas; sed presbyter memoratus ipsius Archid. examen malitiose declinans I. clericum ad nostram præsentiam destinavit, cui & præfato C. ven. fr. n. Trannen. Archiepiscopum Ap. sed. Leg. tunc subd. & capellatum nostrum dedimus auditorem, coram quo dictus I. afferuit, quod nequaquam sufficiebant duobus clericis facultates ecclesiæ memoriae, adiiciens, quod prædictus C. non erat idoneus ad illius ecclesiæ beneficium obtinendum, & infra. Causam vobis duximus committere, ita ut ex illa clausula scilicet. *si persona fuerit idonea,* * quæ nostro rescripto reperitur inserta, eidē scholari probandi se idoneum nulla necessitas impoenatur, cum prima facie præsumatur idoneus, nisi alibi in contrarium ostendatur.

C A P U T X.

Idem Episcopo, & Cantori Atrebaten.

De verbor.
sign. c. 25.
* Sylvini de
Arciaco, Cui.

ABATE lanci * Silvani (1) Altianen. olim viam universæ carnis ingresso, cum ejusdem loci monachi elegissent quendam de ipsius gremio in Abbatem & ejusdem confirmationem electionis a bon. mem. Morinen. Episc. nequistent aliquatenus obtinere, per procuratorem suum confirmationem ipsius a sed. Ap. petierunt. Ceterum procurator monasterii S. Bertini pro-

posuit ex adverso, quod cum secundum approbatam consuetudinem, & privilegia Rom. Pont. Altianen. debeant de monast. S. Bertini semper assumi, hujusmodi electio erat non immrito reprobanda, utpote contra consuetudinem diuturnam, & privilegia sed. Ap. attemptata, & Altianen. monachi debeant de jure compelli, ut de monasterio beati Bertini personam idoneam sibi eligant in Abbatem, & infra. Nos igitur depositionibus testium coram delegatis a nobis judicibus productorum diligenter inspectis, invenimus sufficienter esse probatum, quod a xl. annis, & infra, monachi Altianen. (2) Abbatem sibi de S. Bertini monasterio elegerunt, ita quod infra præscripti temporis spatium de præfato cœnobio vii. fuerunt in Altianen. (3) Abbates assumpti, & infra. Et cum quadam vice Garnium (4) Altianen. (5) monachum elegissent, ejus electio robur habere non potuit, donec apud monasterium S. Bertini professione facta, post aliquantulum temporis, quando scilicet ejusdem loci Abbatii, & conventui placuit, in Altianen. (6) exticit Abbatæ alsumptus, ex privilegiis quoque Rom. Pont. monasterio. S. Bertini concessis argui poterit evidenter Altianen. Abbatem fore de S. Bertini collegio eligendum. Nimirum privilegio fel. rec. Paschalis Pap. præd. n. hujusmodi capitulum apparuit inseratum, subrogationem Abbatis penes monasterium S. Silvini apud Altianen. (7) juxta præteriti temporis morem, in vestra semper concedimus dispositione persistere. Cujus verbis bon. mem. Innocentius Pap. præd. n. prorsus inhæsit, in privilegio quoque Calixti secundi Papæ hujusmodi capitulum invenitur. Porro juxta domini præd. n. sanctæ mem. Paschalis Pap. decretum, Abbatis subrogationem penes Altianen. non aliunde, quam de vestro monasterio fieri Ap. auctoritate decernimus. Ad hanc autem pars adversa respondit, quod si evidenter per depositiones testium probaretur, quod infra prædicti temporis spatium de monasterio S. Bertini semper fuerit Altianen. assumpitus; ex hoc tamen nullum Altianen. monachis præjudicium parabatur, cum hoc non ex necessitate aliqua factum fuerit, sed ex libera voluntate, & infra. Sed nec dici poterat, quod ex eo consuetudo aliqua, quasi contradicto iudicio fuerit introducta, si de prædicto mon. extitit in memorati Garini electione processum, cum illud pro bono pacis factum extra judicium dinoscatur, & infra. Præterea cum Paschalis Pap. subrogationem Abbatis sancti Silvini monasterio S. Bertini juxta morem præteriti temporis duxerit concedendam, nec de præteriti temporis more, seu consuetudine fiat fides per ejus privilegium, & similia, super hoc nullum Altianen. monasterio poterat præjudicium generari. Contra quod fuit ex adverso responsum, quod hæc determinatio secundum præteriti temporis morem, & casualis, & conditionalis potest intelligi, & tam ad personale, quam impersonale verbum referri. Si enim impersonale verbum determinet, conditionalis in-

[1] Al. Silvini. (2) Altianen. supra. (3) Altianen. supra. (4) Al. Garinum. [5] Altianen. supra.

intelligitur, & talis est sensus; concedimus subrogationem Abbatis sancti Silvini apud Altianum in vestra semper dispositione consistere secundum præteriti temporis morem id est si mos præteriti temporis talis fuit. Si vero verbum determinet personale, causaliter debet intelligi, ut sit sensus; concedimus secundum præteriti temporis morem, id est quia mos præteriti temporis sic obtinuit, subrogatione videlicet Abbatis S. Silvini apud Altianum in vestra semper dispositione consistere. Hic autem sensus rectior esse videtur, quia cum privilegium sit lex privata, & lex non debet esse obscura, vel captiosa, sed certa, & manifesta: non esset privata, nisi aliquid specialiter indulgeret. Profecto sic intelligenda sunt illa verba, ut res, de qua agitur, valere possit potius, quam perire, maxime cum supradictus Calixtus Papa, qui eidem Paschali e vicino successit, verbis æquioribus usus determinationem illam propterea amoverit, ut ambiguitas tolleretur, & quod dilatabatur in concessione Paschalis, videlicet subrogatio Abbatis Silvini apud Altianum, in dispositione Abbatis, & fratribus sancti Bertini semper existeret; ipse mutaverit, decernens subrogationem illius Abbatis non aliunde, quam de sancti Bertini monasterio faciendam, ut electio ad jus commune posset ex una quidem parte reduci. Eadem quoque verba sic esse interpretanda: subsequens consuetudo declarat, quæ perhibetur esse legum interpres. His igitur, & aliis ad eandem causam spectantibus diligenter auditis, & perspicaciter intellectis, de con. fr. n. monasterio sancti Bertini adjudicavimus hujusmodi dignitatem, ut quotienscumque in Altianum monasterio Abba-

tis electio imminet facienda, Altianum monachi de cœnobio sancti Bertini personam idoneam sibi eligant in Abbatem, ita videlicet tamdiu monasterium ipsum hac honoris debeat prærogativa gaudere, donec ibidem viguerit observantia regularis, ut idoneæ personæ inveniantur in illo, quæ possint in Abbes assumi.

Veteris * interpretis verba, quem
Tancredum esse existimo.

In fine operis quidam affectionis ardor scholasticæ me cogit, ut quasdam Decretales, quas sub nomine Domini Innocentii III. habent scholastici, tamquam non suas respuat, neque enim in registris ejus continentur, neque ab eo editæ comprobantur, sicut ore ad os ab eo accepti. Quarum una est de servo in subdiaconum ordinato, qui privilegio assertur eodem gaudeare cum clero. Secunda de subdiacono elendo, in qua dicitur, quod ad hoc non vidimus aliquem reprobatum. Tertia de dote, ubi dicitur, quod (1) de matrimonio cognovisti, & de dote cognoscere valuisti. Quarta de clericis, qui renuntiunt ordinari, ubi dicitur, quod eis beneficia auferantur. Quinta de sacramentis extortis, ubi dicitur, quod illi, qui ea praestiterunt, penitus observare tenentur. Sic & de quibusdam aliis accipere (2). Prima prædictarum, quæ incipit Miramur: secunda Ex litteris: tertia De prudentia: quarta Quæris: quinta Super consultatione: sexta Tamen (3) juri non repugnat: septima [Pœne suave] est. Omnes autem, quæ in hoc opere continentur, in registris ejus a primo anno usque ad duodecimum noveritis contineri.

(1) Qui, forte. (2) Forte, accipite. (3) Tametsi.

Addenda in principio tertiae Collectionis Decretalium ex M. S. codice Doctissimi, Clarissimique Viri Nic. Fabri.

In nomine Dominicæ, & Individuæ Trinitatis incipit Breviarium Decretalium omnium prope Innocentii III. per Bernardum Compostellanum Canonicum fideliter compositum.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

INNOCENTIUS III. COMPOSTELLANO ARCHIEPISCOPO. Solitæ servitutis officium, quo sapientibus sumus, & insipientibus debitores, usque adeo mentem nostram variis occupationibus aggravat, obtundit ingenium, & deprimit intellectum, ut vix consultationibus tuis, præsertim super tam subtili, & sublimi materia, nos permiserit respondere. Verum quoniam illius charitatis sinceritas, qua te inter fratres, & coepiscopos nostros speciali prærogativa diligimus, non permittit, ut quidquam tuæ fraternitati negenus, quod facturi essemus ad instantiam quasi furantes horulas occupationibus ipsis, quæ nobis solito plus incumbunt, & ocium utcumque captantes, ut non ociose tuas videamus literas audiisse. Quamvis in talibus juxta verbum apostoli Jacobi admonemus, ut, cum quis sapientia in-

diget, postulet a Deo, qui dat omnibus affluerter, & non improperat, & dabatur ei, magis recurrentum ad orationis suffragium, quam ad ingenium rationis. Quod nobis Dominus inspiravit, tuis consultationibus respondemus. Credimus ergo hæc vocabula, pater, & filius, & spiritus sanctus, non esse propria, sed communia, tamquam nomina appellativa, personas utique appellantia, sed significantia notiones: quamvis ad interrogationem hujus, quis genuit filium? pater, respondeatur; quia, secundum theologicam disciplinam, per hanc interrogacionem de ipsa qualitate non queritur, sed de personali proprietate, ut & dicitur, quis genuit filium? pater, congrue respondet, quia utique nomen personarum patrem appellat, sed significat notiōnem, quæ patris personam distinguit. Habent enim singulæ facultates proprias rationes, nec in eis uno modo nomina significant &

ver-

Addenda in princ. Tertiæ Collectionis. 601

verba, sicut tua fraternitas non ignorat, quia non solum est in iis sufficienter instructa, verum etiam alios sufficienter instruxit. Utrum autem personæ divinæ propria nomina possint habere, quæfisti. Porro cum in persona divina non sit nisi relatio, vel essentia; si persona divina proprium nomen haberet, illud utique relationem, vel essentiam designaret. Si relationem, esset ergo relativum, non igitur proprium, cum relativum proprium esse non possit. Si essentiam, esset ergo essentiale; quocirca proprium non existeret, cum essentiale sit tribus commune. Sic ergo videtur, quod nec persona, nec natura divina proprium nomen possit habere; sed cum proprium sit pronominis, pro proprio nomine poni, & tam persona, quam natura divina pronomino designetur: persona, cum dicitur, *Ego hodie genui te: natura*, cum dicitur: *Ego sum qui sum*, profecto videtur quod proprium nomen possit habere, cum sit res discreta. Ego vero solebam concedere, quando scholasticis studiis incumbebam, quod tam persona, quam natura divina proprium nomen poterat habuisse. Nam eadem res, sive notio, sive natura diversis modis significatur in Deo, nunc absolute, nunc respective. Sicut enim natura divina significatur respective hoc nomine, *Dominus*; sic notio relativa significaretur absolute nomine proprio, non tamquam personalis relatio, sed tamquam proprietas singularis. Illud itaque nomen proprium significaret quidem relationem, non tamen existeret relativum; quia non eam significaret respective, sed absolute. Si tamen dicatur quod nulla proprietas est in natura divina, quæ non sit notio relativa, quod plerique non dicunt, afferentes præter relationes alias in personis divinis existere notiones, qui super hoc facilius respondent. Similis autem quæstio potest de hoc nomine, *persona*, moveri, secundum quod supponit hypostasin, non usum. Sed simili quæstioni similis est solutio adhibenda. Porro cum dicantur tres notiones in patre, videlicet innascibilitas, paternitas, & spiratio, non absurde potest inquiri, quænam illarum significaret proprium nomen patris, quasi pro propria qualitate; si tamen unam significaret illarum, & non potius aliquam, quæ non est illa, cur etiam unam magis quam aliam, & utrum quamlibet significaret eorum. Hujus autem quæstionis solutio pendet ex illa veteri quæstione, qua quæritur, utrum personales proprietates sint in tribus personis, aut etiam utrumque ut plures; & secundum diversitatem oppositionum, diversis modis hæc quæstio solveretur. Proprium quoque nomen essentia communе foret ad tria nomina propria personarum ab invicem remotiva, quia naturam rei natura nominis sequeretur: quæres cum ipsa sit singularis, est tamen tribus personis communis. Quæfisti præterea, utrum proprium filii conveniret homini, qui est Christus, & utrum possit proprium nomen illius hominis inveniri, quasi datum, ab ejus propria qualitate, quæ locum accidentis tenere videatur in Christo, cum & sine ipsa quandoque fuerit, & cum ipsa; quamvis accidens vere non sit, cum ad quod, soleat responderi. Utrum etiam unum proprium nomen secundum unam naturam, & alterum secundum alteram, & tertium secundum utramque posset habere. Sed hu-

ius quæstionis solutio maxime pendet ex illa difficultate, qua quæritur quid prædicet hoc nomen, *homo*, de Christo. Nam secundum ipsos, qui dicunt, quod ipsum de illo prædicat humanum, non posset proprium nomen habere, quasi datum ex propria qualitate, cum, secundum eorum sententiam, ex anima, & carnae Christi nulla constet substantia, ut persona; nec magis posset inveniri proprium nomen illius, quod æquipolleret huic tertio, iste homo, quam illi tertio *hic humanus*, cum secundum eos alterum sit alterius æquipollens. Porro secundum illos, qui dicunt, quod hoc nomen *homo* de Christo prædicat speciem, ita quod Christus est duo; unum aeternum, secundum divinam naturam; & aliud temporale, secundum humanam, facile potest proprium illius hominis inveniri, neo etiam super hoc difficile est respondere. Ceterum illi, qui dicunt, quod hoc nomen, *homo*, de Christo revera secundum speciem prædicatur, ipse tamen Christus est unus solum, qui verbum non hominem, sed humanitatem asumpsit, ut esset homo, difficilior huic quæstiōni respondere. Unde posito, quod hoc nomen, *Iesus*, sit proprium nomen illius hominis, impositum ei ex sua propria qualitate, ut æquipolleat huic tertio, iste homo, coguntur concedere, quod Jesus ab aeterno fuit Deus, non tamen dictus ab aeterno fuit Jesus. Et licet hoc nomen, *Iesus*, non sit accidentale, dicitur tamen ad similitudinem accidentis, quia natura nominis naturam rei, sicut prediximus, imitatur. Unde licet illa propria qualitas substat sic Christo, quia tamen Christus aliquando fuit cum illa, & aliquando sine illa, oportet in multis de illa, tamquam esset accidentalis proprietas, responderi. Posito igitur gratia disputandi nos ante tempus incarnationis existere, cogimur quidem concedere quod fuit, & est; non tamen Jesus est & erat, neque Jesus est, vel non est; sed non Jesus est: nam hoc nomen *Iesus* supponit personam filii, quæ semper est ut aeterna, & circa illam significat propriam hominis qualitatem, quæ nunc semper existit, ut res temporalis; ideo ratione personæ suppositæ, quæ semper existat, haec propositio non est vera, *Iesus non est*: contra & ratione significatiæ qualitatis, quæ nondum existit, haec similiter non est vera, *Iesus est*. Hanc tamen concedimus, *non Iesus est*, quia negatio præcedens extinguit, sed interposita separat, & ideo concedimus extinctam, sed separatam negamus. Nec est haec propositio quasi positiva vel nugatoria, vel incongrua, *Iesus est*, vel non est; sicut nec illa, *Antichristus est*, vel non est, cum id proprii nominis proprietas non sustineat. De Antichristo tamen concedimus, quod Antichristus non est; sed de Jesu omnino negamus, cum persona, quæ supponitur illo nomine, sit, et si proprietas, quæ significatur in illo nomine, non existat. Unde hæc quæstio valde difficultilis est & inter theologicas quæstiones magis disputabilis, hinc inde copiosas habens, & validas rationes, de qua non est ad præfens amplius prosequendum, cum nec de illa principaliter sit quæstum. Licet autem hoc nomen *Iesus*, secundum interpretationem ipsius videatur imponi tum ab effectu, quod Angelus ostendit, cum ait: *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*. Quia tamen Evangelista testatur, quod post octo dies, cum circuncideretur puer

G ggg

vo-

vocatum est nomen ejus Jesus, quoniam solebat proprium nomen imponi, negari non debet, quin ipsum sit proprium nomen illius, datum nihilominus ex propria qualitate, quæ inveniri potest in multis exemplis, circa liberales etiam facultates. Porro secundum naturam divinam filius proprium nomen non habet, nisi forsitan haberet proprium nomen naturæ, quod non esset proprium nomen personæ, cum ipsum tribus personis in voce conveniret. Sed in divina natura posset habere proprium nomen personæ, quod non significaret naturam, sed, ut prædictum est, notionem, quasi propriam qualitatem; & per hoc noveris quæstionem illam esse solutam, utrum videlicet unum nomen secundum unam naturam, & alterum secundum alteram, & tertium secundum utramque possit habere; licet hoc nomen, *Emmanuel*, quod interpretatur, *nobiscum Deus*, secundum utramque naturam ei competere videatur; sed hujus nomina non tam pro impositione nominis proprii dici videntur, quam pro appellatione, vel interpretatione, quæ nulli alii conveniret. Sicut autem plerisque videtur, quod res extra prædicamentales proprias qualitates non habent, quibus tamen plerumque propria nomina imponuntur, præsertim iis, qui negant formis formas inesse; sic forsitan & personæ divinæ propria nomina possent habere, quæ distincte quidem, & discrete appellarent ipsas personas; sed non significantur in eis proprias qualitates. Hoc ergo tibi scholastico modo respondemus. Sed oportet nos apostolico modo respondere. Simplicius quidem, sed cautius respondemus, quod humana mortalitas proprium nomen secundum proprietatem ipsius personæ, sive naturæ divinæ ignorat, cum Deus tamquam incomprehensibilis, & immensus non possit in hac vita mortali certa determinatione, vel determinata certitudine comprehendendi; cum, quod sit possit intelligi; sed quid sit, non possit agnosciri, sicut ipse dicit de te; *Non videbit me homo, O^r vivet.* Et Joannes inquit de illo; *Deum nemo vidit unquam;* quod non de locali, sed intellectuali visione debet intelligi; cum nec in hac vita mortali, nec in illa vita perenni Deus corporaliter videatur, quia non est corpus, sed spiritus: inhabitat enim lucem inaccessibilem, & ideo investigator majestatis opprimetur a gloria. Quantum accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Quod bene significatum est Moli, qui stans in petra vidit posteriora Domini transeuntis. Quia sicut homo visus argumento scitur utique quod sit homo; sed quis homo, nescitur; ita quidem quod Deus sit, modo scitur, sed quid Deus sit, ignoramus. Unde, cum requisitus fuisset a Mose, quod esset nomen ejus, respondit; *Ego sum qui sum. Sic dices filii Israhel: qui es misit me ad vos; hoc mihi nomen est in æternum non propriam, sed communem appellationem respondens, quæ tamen convenit ei soli, secundum proprium, vel appellativum potius intellectum; qui solus essentialiter est; cum non est aliud esse, quam quod est ipse.* Non enim meminimus nos in divina Scriptura Dei proprium nomen legisse; nisi proprium forte dicatur, quia non convenit alteri, juxta quem modum Deus proprium nomen habet, quod videlicet convenit ei soli: ut hoc nomen, *Adonay*, quod ipse se dicit Abraham, Isaac, & Jacob minime

indicasse. Comprehensores autem, qui Deum facie ad faciem contemplantur, nominum significatione non indigent, quia rem ipsam pleno concipiunt intellectu, cognoscentes sicut & cogniti sunt, non per verbum humanum instructi, sed per verbum divinum edocti, nec excitati per vocem, sed certificati per speciem; illa videlicet intellectuali specie visionis, de qua filius inquit ad patrem: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, O^r, quem misisti, Jesum Christum.* Quia igitur illud necesse non fuit, & nobis utile non fuisset, ideo propria nomina divinæ non sunt imposita maiestati; sed cum pronomina de ea dicantur, magis profecto dicuntur ad discretionem alterius, quam ad determinationem ipsius. Cum juxta cuiusdam sententiam sapientis certior sit de Deo negatio, quam affirmatio. Sugas igitur mol de petra, & oleum de faxo durissimo; semper habens mei memoriam in tuis orationibus apud Deum.

I DEM I. QUONDAM LONDONENSI ARCHIEPISCOPO. Quod pietatem colendo in mandatis divinis te libenter exerceas, & in lege Domini jugiter meditando consideres vias ejus, epistolarum tuarum verba demonstrant, & testantur fortius quæstiones, quibus apostolicam sedem pulsas, ut pulsam januam veritatis aperiat, & quæ obscura videntur, suæ responsionis verbis illustreret. Sane per tuas nos duxisti literas consulendos: cum psalmista tertia diei nullum psalmum inscriperit, cum ab eo in laudem operis singulorum singuli psalmi cæteris sint diebus inscripti. Nam in primam Sabbathi vicesimum tertium, in secundam quadragesimum septimum, in quartam nonagesimum tertium, in quintum octogesimum; in diem agrem Sabbathi nonagesimum secundum, & in diem Sabbathi nonagesimum primum psalmum inscribit, tertia Sabbathi penitus prætermissa. In quo latere credis aliquod sacramentum; puteus altus est, nec sumus sufficientes vobis haurire aquam de fontibus Salvatoris; sed postulamus ab eo, qui dat omnibus affluenter, & non improprietat, ut dignetur nobis minimis revelare, quod haec tenus sapientibus, sicut dispositum illi pater, abscondit. Credimus autem, quod cum tertia dies sit inter cætera commendabilis, maxime propter sacrosanctum mysterium trinitatis, psalmographus, licet intellexerit super senes, & sicut calamus scribæ velociter scribentis fuerit lingua ejus, ut tamen mysterium illud ineffabile, imo ineffabilissimum demonstraret, laudes tertia diei omnino suppressit, mallens super hoc præsens silere, quam tenuiter balbutire. Ad quod utique designandū & Paulus Apostolus, cum usque ad tertium cælum raptus fuisset, audivit arcana verba, quæ non licuit homini loqui; tacens vero tantum mysterium altius quidem extulit, sed & fortius commendavit. Unde præceptum legitur Danieli: *Signa librum, O^r clade mysteria; pertransibunt enim plurimi, O^r multiplex erit scientia.* Clausus enim extitit liber, & signata mysteria, donec leo de tribu Juða librum aperuit, & ejus signacula solvit. Triplex autem trinitas est, personarum in Deo, substantiarum in Christo, & specierum in Sacramento. In prima tres personæ sunt in una substantia, pater, filius, & spiritus sanctus;

Eius; quia tres sunt, qui testimonium perhibent in cælo, pater, verbum, & spiritus, & hi tres unum sunt. In secunda tres substantiae in una persona, divinitas, corpus, & anima. Nam sicut anima rationalis, & caro unus est homo; ita Deus, & homo unus est Christus. In tertia tres species in uno Sacramento, panis, vinum, & aqua; quia nec panis in eorum sine sanguine transit, nec vinum, & aqua in sanguinem sive corpore commutatur, cum neutrum sine reliquo esse possit; sed potius totum in toto, & in toto totum existit. Tertia igitur ineffabilis, secunda ineffabilior, prima ineffabilissima, ut ita loquamur, existit. Sunt autem comparatione hujus ineffabilissimæ virtutis, trinitates cæteræ diminutæ. Unde licet occulta, certa fuit ratione provisum, ut, cum tres ternarii sint numeri in quatuor ordinibus angelorum, in cotidiana Præfatione medio subtraheto de singulis sex tantum ordines ponerentur. Nam Dionysius tres esse angelorum ordines protestatur, trinos in singulos comprehendens, ut & similitudo trinitatis eis insinuetur impressa. Tres enim superiores, tres inferiores, & medii tres existunt. Superiores Seraphin, Cherubin, Troni; medii, Dominationes, Principatus, & Potestates; inferiores, Virtutes, Archangeli, Angeli nominantur. De superioribus igitur Cherubin, de mediis Principatus, de inferioribus Archangeli subtrahuntur, quia comparatione trinitatis æternæ, cuius majestas ibi præcipue commendatur, diminuta & imperfecta quælibet alia trinitas reperitur. Nam quis in nubibus æquabitur Domino, aut quis similis erit Deo inter filios Dei? Sic etenim ibi legitur: *Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli cælorumque Virtutes, ac beata Seraphin socia exultatione concelebrant.* Troni quippe cælorum nomine designantur. Sane quoddam mentis trinitatis vestigium relucet in omnibus creaturis, videjicit tam in angelo, & homine, quam in Mundo. Ad angelum namque dicitur per Prophetam: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decole, in deliciis Paradisi Dei fuisti.* De homine scriptura testatur: *Fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam.* De Mundo Apostolus confiteretur, quod *invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt a creatura Mundi intellecta conspiciuntur.* Quælibet autem hujus trinitatis, sive spiritualis in angelo, sive corporalis in Mundo, sive spiritualis & corporalis in homine, similitudinem suam indidit; alteri vero imaginem divinam impressit. In utraque vero quasi speculum trinitatis æternæ infulget. Nam in angelica est potentia, scientia, & voluntas, quæ sic se iavicum amplectuntur, ut tribus reliquias comprehendat, cum possit Angelus tam scire, quam velle. In summa quoque, & individua trinitate attribuitur patri potentia, filio sapientia, & spiritui sancto voluntas; tres in Deitate personæ ita etiam cohærent ad invicem, ut sint, sicut tenet catholicæ fides, unus Deus. Nam pater est in filio, & spiritu sancto, spiritus est in patre, & filio, & filius est in patre, & spiritu sancto. Juxta quod in Evangelio ipse dicit: *Ego in patre, & pater in me est.* Similiter & in creatura mundana quædam relucet quasi summa trinitatis imago, cum magnus, pul-

cher, & utilis Mundus existat; per magnitudinem conditoris potentia, per pulchritudinem sapientia disponentis, per utilitatem vero benevolentia universa gubernantis: quia juxta sententiam sapientis & a magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibili potest videri creator. Inter creaturam vero angelicam, & mundanam homo quasi medius est cretus, qui secundum carnem est comparatus cum Mundo, cujus imaginem in se gerit; & secundum animam est spiritualis cum angelo, cujus similitudinem repræsentat. Unde secundum philosophum est microcosmus, & secundum psalmographum paulo minus ab angelis minoratus. Unde congrue in Genesi legitur: *quia fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam.* Propterea etiæ antiqui fideles, ante legem, aliquam habuerunt notitiam trinitatis; unde Abraham tres vidisse describitur, & unum legitur adorasse; sub lege vero aliquantulum majorem, unde Isaías Seraphin clamante uno ad alterum: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth;* ipsius tamen mysterium, quod nec nobis est revelatum ad plenum, nec plenum cuiquam revelabitur in præfenti; licet eis erat non profus, valde tamen occultum, quia pro parte filius revelavit, cum discipulis suis inquit: *Ego in patre, & pater in me est; & si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio, & ego rogaro patrem; & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis.* Et iterum: *Cum autem veneris paracletus, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Illud quoque prælertim everves: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti.* Et plurima in hunc modum. Revelabit autem filius mysterium plenius in futuro cum electis suis, sicut ille promittit in Evangelio: Manifestabit semetipsum, cum erunt omnes docibiles Dei; cum videbimus non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem; & sicut cognoscimus, cognoscemur. Ad hoc igitur designandum locutus est Dominus ad Mosem dicens: *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob in Deo omnipotente, & nomen meum Adonay non indicavi eis.* Non enim hoc nomen Adonay primis fuit patribus inauditum; sed mysterium trinitatis, & unitatis in Deo eis non fuerat cognitum, nisi forte renuerit indicare, quod nomine illo expressius designatur, quod Græci tetragrammaton dicunt, quia quatuor literis figuratur, i, e, v, e, pro quo Judæi proferunt Adonay. Cum enim dicant ineffabile nomen, illud ipsum proterre non audent, sed aliud proferunt loco ejus. Nam hoc nomen Adonay sex literis scribitur, illud autem quatuor solummodo figuratur i, e, v, e; licet enim populo Judæorum multipliciter omnipotentem se Deus ostendisset, eis tamen non indicavit hoc nomen, donec Mosi, qui gregem initiativit ad interiora deserti, & in montem Oreb gregis ductor ascendit, prompte revelavit mysterium trinitatis. Est enim hoc nomen i, e, v, e, tantæ virtutis, sicut peritissimi afferunt Hebræorum; quod si distinguatur in tres dictiones, ut sigillatim quælibet proferatur, integratatem sui nominis repræsentet, & sic secun-

da sumatur a prima, ut tertia quicquid a prima habeat, recipiat & secunda. Quod ad exprimendum trinitatis, & unitatis mysterium in subiecta figura possit plenius denotari.



Per hoc ergo, quod quælibet distinctio habet aliquid commune cum reliquis, & nulla prorsus est ab aliis aliena, quælibet in Deitate persona consubstantialis cuilibet alii demonstratur; & per hoc quod secunda distinctio primam sunit vocalem a prima, & ultima primam recipit a secunda, & secundam mutuat a priore, signatur expressius, quod filius a patre gignitur, & spiritus sanctus progrereditur ab utroque. Præterea cum quælibet distinctio per se nomen unicum repræsentet integrum, tamen unum nomen non diversa figurat. Nam in trinitate persona quælibet & dicitur, & est Deus; non tamen tres colimus Deos, sed unum potius adoramus, non confundentes personas, nec substantiam separantes. Rursus in hoc nomine sunt tres literæ, sed media geminatur, quia in Deo sunt tres personæ; sed medium, id est filius, geminum habet relationis respectum, quoniam ipse est ab alio, & alias ab ipso. Quia ergo priusquam verus Moses rex, & legifer noster veniret in carnem, & fieret obediens patri usque ad mortem, occultum erat mysterium trinitatis; cum nondum velum templi scissum esset a medio usque deorsum, neque lapis revolutus ab ostio monumenti; non est mirum si psalmographus non expressit, quia etiam tempore suo semiplene fuerat indicarum. Ad hoc etiam inveniendum Magi Pharaonis in tertio signo, imo verius in signo tertiae plaga defecisse leguntur. Tria namque signa fecerunt, quæ fecerat Moses; primum, quando virgam vertierunt in colubros; secundum, quando aquam mutaverunt in sanguinem; tertium, quando ranas eduxerunt super terram Ægypti. Sed primum signum plaga non fuit, & tertiae plaga facere nequierunt, ut pulverem in cimices transmutarent dicentes ad Pharaonem: *Digitus Dei est hic.* Naturales quippe philosophi ductu rationis pervenerunt ad notitiam patris, & filii, quia ipsi togatim, & noym appellabant; sed ad cognitionem tertiae personæ, videlicet spiritus sancti nunquam pervenerunt, qui digitus Dei dicitur. Juxta quod in Evangelio Dominus manifestat: *Si ergo in digito Dei eiicio dæmonia, filii vestri in quo eiiciunt?* Ideoque tertiae plaga signum facere nequierunt. Quisquis igitur ad notitiam individuæ trinitatis sine prædicatione, vel electione pervenit, hanc ei non humana ratio, sed

divina inspiratio revelavit. Ut ei, qui perhibetur dixisse: *Prima monas secundam monadem genuit; prima & secunda suum in se reflectunt ardorem.* Unde cum Petrus dixisset: *Tu es Christus filius Dei vivi, audite promeruit: Beatus es Simon Barjona, quia caro, & sanguis non revelavit tibi; sed pater meus, qui est in celis.* Denique per septem primos dies septem præcipue tempora designantur, patriarcharum, judicum, regum, apostolorum, martyrum, confessorum, & virginum, quorum assignationem ad præsens omittimus, ne potius librum texere, quam epistolam scribere videamur. Unde quia tertio loco tempus regum occurrit, idcirco doctores, a quo tempus regum incepit, tertiae diei laudes subiiciunt, nullum ei psalmum inscribentes, ne laus in ejus ore fordesceret, si forte seipsum in tertia Sabbathi commendaret, malens aliena lingua, quam propria commendari.

Secundo quæfisti, eum orationes quædam ad totam trinitatem communiter, quædam ad patrem, quædam ad filium specialiter dirigantur, cur nulla singulariter ad personam spiritus sancti referatur, cum in hymnis sive metricis, sive rhythmicis, quibus ecclesia utitur, saepius invocetur? Ad hoc igitur respondemus, quia ideo ad spiritum sanctum collecta non dirigitur specialis, quia peccatum in spiritum sanctum est peccatum illud ad mortem, de quo Joannes apostolus protestatur, *est peccatum ad mortem;* non pro eo dico ut quis roget quomodo peccatum in spiritum sanctum remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro, juxta testimonium veritatis. Patri namque appropriatur potentia tamquam principio, & filio sapientia tamquam verbo, spiritui sancto benignitas tamquam bono. Vel, patri potentia, ne tamquam senex impotens videatur; filio sapientia, ne tamquam puer concederetur insipiens; spiritui sancto benignitas, ne tamquam inflatus crederetur malignus. Unde qui peccat per fragilitatem, vel impotentiam, peccat in patrem. Qui delinquit per simplicitatem, vel ignorantiam, peccat in filium; qui autem blasphemat per malignitatem, vel invidentiam, in spiritum sanctum blasphemat. Ideoque peccatum in patrem, & filium dicitur remissibile, quia fragilitas, vel simplicitas quamdam excusationem prætendit. Peccatum autem in spiritum sanctum incremissibile dicitur, quia malignitas nullam excusationem inducit. Quia ergo patris potentiam nihil effugit, & filii sapientiam nihil latet, oportuit in collectis patri, & filio supplicare. Verum, quoniam spiritus sancti benignitas inenarrabilibus pro nobis gemitibus semper postulat, faciens nos inenarrabilibus gemitibus postulare, ad distinguendas appropriationes melius in perlonis divinis, necesse non fuit ad spiritum sanctum propriam dictare collectam; quamquam in hymnis, sicut ad patrem, & filium, sic ad spiritum sanctum frequenter oratio dirigatur, quoniam hymnus non ad supplicandum, sed ad jubilandum, principaliter est ad inventus; collecta vero non ad jubilandum, sed ad supplicandum specialiter est ad instituta. Quemadmodum in officio Missæ antiphona, quæ cantatur ad introitum, desiderium antiquorum de adventu Christi designat, non semper intellectu literæ, sed jubilo cantilenæ. Nam sicut ingressus pontificis

ad

ad altare significat adventum Christi salvatoris in Mundum; sic missalis introitus illorum exprimit desiderium, de quibus Dominus ait Apostolis: *Muli reges, & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videatis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt.* Ex eorum ergo persona cantatur introitus, per quos Christus intravit in mundum. Juxta quod inquit Apostolus: *Et introduceret primogenitum in orbem terræ dicens, & adorem eum omnes Angeli Dei.* Vel ob hoc ad spiritum sanctum non dirigitur collecta specialiter, quoniam antiquitus in ecclesia primitiva omnes ad solum patrem collecta fiebant propter autoritatem principii, quam ei Christus in Evangelio totam attribuit, a quo & filius ipse nascitur, & spiritus sanctus procedit: *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.* Itemque, *Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me, quia ego ex me ipso non sum locutus; sed qui misit me pater, ipse mandatum mihi dedit, quid dicam, aut quid loquar.* Et iterum: *Verba, quæ ego loquor vobis a me ipso non loquor: pater enim in me manens ipse facit opera.* Solus enim pater est innascibilis, & ingenitus; quoniam ipse solus a nullo est, & omnia sunt ab ipso; sive per generationem, ut filius, sive per processionem, ut spiritus sanctus, sive per creationem, ut mundus. Hoc ipsum in praefationibus usque hodie observatur, quæ ad solum patrem universaliter referuntur. Quia vero quidam haeretici dogmatizare coeperunt, quod Christus non est verus Deus, sed purus homo; inter alias sui causas erroris hanc etiam assignantes, quod collectæ non fiebant ad filium, sicut fiebant ad patrem, quasi filius non esset Deus, sicut est pater. Ideo ad confutandam hujus perversitatem erroris ecclesia prudenter instituit, ut sicut ad patrem, sic ad filium dirigerentur collectæ; ad maiorem deitatis expressionem talem conclusionis formam adjungens: *qui cum patre, & spiritu sancto vivis, & regnas per omnia secula seculorum.* Et hanc ipsam conclusionis formam ad ceteras collectas extendit, ut in ceteris quoque collectis eadem patris, & filii deitas demonstretur. Verum quia fuerunt & quidam alii haeretici, qui spiritum sanctum Deum non esse dixerunt; sed erraverunt idcirco in hymnis, & litaniis; sicut ad patrem, & filium, sic ad spiritum sanctum ecclesia postmodum proprias, & speciales orationes instituit, antiqua & confueta in collectis forma servata. Inveniuntur & aliæ quædam orationes ad spiritum sanctum directæ; sed non authenticæ reputantur, nec Ecclesia uititur illis in nocturnis officiis, vel diurnis. Fraternitati tuae communicavimus ex caritate hilariter quod sentimus, monentes, ut si minus sufficienter respondimus, nostræ imperfectioni, ac assiduis occupationibus imputes, quibus cum Martha jugiter occupamus; sic huic lippitudini dediti, ut raro possimus Rachelis attingere venustatem.

DEIN CONSTANTINOPOLITANO PATRIARCHÆ. DE PRIMATU SEDIS APOSTOLICÆ. Apostolica sedis primatus, quem non homo, sed Deus, immo verius Deus homo constituit, multis quidem apostolicis, & evangelicis testimoniis probatur, a quibus postmodum constitutiones ca-

nonicæ processerunt; concorditer afferentes sanctam Romanam ecclesiam in beato Petro apostolorum principe consecratam quasi magistrum & matrem cæteris præminere. Hic enim cum interroganti Domino quem homines dicerent esse filium hominis, aliis opiniones referentibus aliorum, ipse velut inter cæteros primus, eum esse Christum Dei vivi filium respondisset, audire promeruit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Et post pauca: *Dabo tibi claves regni cælorum.* Nam licet primum & præcipuum sit fundamentum unigenitus Dei filius Jesus Christus; juxta quod dicit Apostolus, quod fundamentum positum est, præter quod aliud posse non potest, quod est Jesus Christus; secundum tamen, & secundarium fundamentum est Petrus, et si non tempore primus inter apostolos, tamen præcipuus inter cæteros. De quibus Paulus dixit apostolus: *Jam non estis hospites, & advenie; sed estis cives sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum, & prophetarum; quos & fundamenta esse in montibus sanctis divinus propheta testatur.* Hujus etiam primatum veritas ipsa expressit, cum inquit ad eum: *Tu vocaberis Cephas:* quod et si Petrus interpretatur, caput tamen exponitur, ut sicut caput inter cætera membra corporis, velut in quo viget plenitudo sensuum, obtinet principatum; sic & Petrus inter apostolos, & successores ipsius inter universos Ecclesiarum prælatos prærogativa præcelleret dignitatis, vocatis sic cæteris in partem sollicitudinis, ut nihil ei de potestatis, & dignitatis plenitudine deperiret. Huic Dominus oves suas pascendas, vocabulo tertio repetito, commisit; ut alieni a grege dominico censeantur, qui eum & in successoribus noluerunt habere pastorem. Non enim inter has, & illas oves distinxit, sed simpliciter inquit: *Pasce oves meas,* ut omnes omnino intelligentur eis esse consimilæ. Jacobus enim frater Domini, qui videbatur esse columna, Hierosolyma sola contentus, ut ibi semen fratris præmortui suscitaret, ubi fuerat crucifixus, Petro non solum universam ecclesiam, sed totum reliquit seculum gubernandum. Quod ex eo etiam evidenter apparet, quod cum Dominus apparuisset in littore discipulis navigantibus, sciens Petrus, quod Dominus esset, se misit in mare, & aliis navigio venientibus, ipse sine beneficio navis ad Dominum festinavit. Cum enim mare mundum designet, juxta verbum Psalmistæ dicentis: *Hoc mare magnum, & spatiōsum, illic reptilia, quorum non est numerus.* Per hoc quod Petrus se misit in mare privilegium expressit singularis pontificii, per quod universum orbem susceperebat gubernandum, cæteris apostolis vehiculo navis contentis; cum nulli fuerit universus orbis commissus; sed singulis singulæ provinciæ, vel ecclesiæ potius deputatae. Interim etiam ut unicum Christi vicarium designaret, ad Dominum super aquas mirabiliter ambularem, & ipse super aquas mirabiliter ambulavit. Nam & aquæ multæ sunt populi multi, congregationesque aquarum sunt maria, per hoc quod Petrus super aquas maris incessit super universos populos se accepisse potestatem monstravit. Pro eo Dominus se rogasle fatetur, inquiens in articulo passionis: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non*

non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus confirma fratres tuos: ex hoc innuens manifeste, quod successores ipsius a fide catholica nullo unquam tempore deviarent; sed revocarent magis alios, & confirmarent etiam hæsitantes, per hoc sic ei potestatem confirmandi alios indulgens, ut aliis necessitatem imponeret obsequendi. Quod & tunc Petrus agere cœpit, quando quibusdam ex discipulis abeuntibus retro, &, durus est hic sermo, dicentibus; cum dixisset Jesus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? solus ipse respondit pro cæteris: Domine, verba viræ æternæ habes, ad quem ibimus. Huic præterea dictum in Evangelio; & audisti sapere, & legisti: quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis. Quod si etiam omnibus apostolis simul dictum esse reperias, non tamen aliis sine ipso, sed ipsi sine aliis attributam esse cognoscere ligandi, & solvendi a Domino facultatem; ut quia non alii sine ipso, sed ipse sine aliis possit ex privilegio sibi collato a Domino, & concessâ plenitudine potestatis. Ad quod nimis videatur illud non incongrue pertinere, quod ipse solus legitur interrogasse Jesum: Si peccaverit in me frater meus, dimittam ei usque septies? & ei soli dicitur Jesus respondisse: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies; quia profecto septenarius universitatis est numerus, eo quod omne tempus septenario numero dierum notatur comprehendi. Septenarius ergo in se ipso multiplicatus in hoc loco significat universorum universa peccata, quia solus potest non solum omnia, sed etiam omnium crima relaxare. Deinde post passionem suam Dominus Petro dixisse legitur: Tu me sequere. Quod utique non tam de sequentia perferendæ passionis, quam creditæ dispensationis debet intelligi; cum & Andreas, & quidam præter Petrum, sicut Dominus fuerunt crucifixi; sed solum Petrum substravit sibi Dominus & in officio vicarium, & in magisterio successorem. Unde post ascensionem Domini Petrus veluti succellor ipius regere cœpit ecclesiam, ad compleendum duodenarium discipulorum numerum loco Iuda prævaricatoris, ex verbis prophetæ alium instituens, & faciens subrogari. Et recepto Paraclito discipulos non multo repletos, sed gratia Paracliti illustratos ex Johelis verbis apertius comprobavit. Hic pœnitentiam agere jussit, & baptizari credentes. Hic inter discipulos curando claudum primus fuit miraculum operatus; & in Ananiam & Saphiram uxorem ipsius tamquam primus & præcipuus inter eos quia mentiti fuerant Spiritui sancto, mortis sententiam promulgavit. Hic simoniacæ pestis radicem circa primitivam ecclesiam pullulantem apostolica falso succidit. Solus in Simonem magum sententiam damnationis promulgans, licet non ei soli, sed omnibus communiter pecuniam obrulisset. Ipse præterea, cum in eum mentis cecidisset excessus, vidit cælum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initis in terram de cælo sublimi, quod omnia quadrupedia, & serpentia terræ, ac cæli volatilia continebat. Et cum facta esset vox dicens ad eum: Surge Petre; macta, & manduca; respondit: Absit, Domine, quia nunquam immunda & communia manducavi. Et vox ad eum facta est

secundo: *Quod Deus purificavit, tu immundum ne dixeris.* Per quod innuitur manifeste, quod Petrus prælatus fuerit populis universis: cum vas illud orbem, & universitas contentorum in eo universas significet tam Judæorum, quam gentium nationes. Qui licet postmodum ex revelatione divina ex Antiochia translatus ad Urbem, non tamen concessum sibi primatum deseruit; sed secum potius cathedraliter translatulit principatum, cum Dominus eum nullatenus minorare voluerit, quem Romæ præviderat martyrio coronandum. Sane cum ipse postmodum, imo Dominus potius, qui se in eo pati afferuit; Venerio, dicens ad eum, *Romam iterum crucifigi*, ecclesiam sanguine suo consecrasset, primatum successori suo reliquit, totam in eo transferens plenitudinem potestatis. Pro patre siquidem nati sunt ei filii, quos Dominus super omnem terram constituit principes. Sane cum per navem Petri ecclesia figuretur, tunc Petrus juxta præceptum dominicum navim direxit in altum, laxans prædicationis retia in capturam; cum ibi posuit ecclæsiæ principatum, ubi vigebat sæcularis potentia altitudo, & imperialis Monarchia residebat, cui fere singulæ nationes, sicut flumina mari, solvebant tributa certis temporibus constituta. Ipse quidem primus Judæos, ipse quoque primus Gentiles post Christi ascensionem convertit ad fidem; ut super utrosque fideles se primatum accepisse monstraret, cum ipso die Pentecostes ad verbum exhortationis ipsius circiter tria millia Judæorum baptismi receperint sacramentum: ac deinde Cornelium Centurionem, & suos, quasi primitias Gentium, ad revelationem angelicam baptizavit. Cum autem inter apostolos ad consultationem credentium magna fieret inquisitio; utrum opereretur circuncidi fideles, & legem Mosis observari, Petrus primaria fretus auctoritate respondit: *Quid tentatis Deum imponere jugum super cervices discipulorum, quod nec patres nostri, nec nos portare posuimus.* Cujus sententiam subsecutus, Apostolicum super ea quæstione decretum Jacobus promulgavit. Paulus quoque postquam abiit in Arabiam, & iterum rediit in Damascum, deinde post tres annos venit Jerosolymam, ut Petrus videret cum eo Evangelium, quod in gentibus prædicaverat, conaturus ne forte in vacuum curreret, aut etiam cucurrisset. Cum etiam singularis apostolatus privilegium recognoscens, antonomastice scribit de illo: *Qui operatus est Petro in apostolatum, operatus est & mihi inter gentes.* Ut autem quem Dominus præfecit privilegio dignitatis, præ cæteris quoque virtutis privilegio decoraret, tantam ei contulit potestatem, quod ad umbram ejus sanabantur infirmi; ut in eo intelligatur esse completum, quod Dominus dixerat: *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet.* Hoc autem non idcirco præmisimus, ut nos, qui licet indigni successimus in apostolatus officio, extra nos ambulare velimus in magnis, & super nos in mirabilibus exaltare; cum a Domino dictum novimus: *Omnis, qui se humiliat, exaltabitur; & qui se exaltat, humiliabitur.* Unde cum inter discipulos ejus quæstio de majoritate fuisset exorta, respondit: *Qui major est inter vos, erit omnium servus; & qui præcessor, tamquam ministrator, seipsum in exem-*

exemplo proponens; *quia filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Propter quod ipse Petrus ajebat: *Non quasi dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.* Nam ut alia dicit scriptura: *Quanto major es, humiliare in omnibus.* Et iterum: *Principem te constituerunt, noli extolliri; sed esto in illis quasi unus ex illis.* Deus enim *superbis resistit, humiliis autem dat gratiam.* Sed quia per hæc, & alia, ut credimus, quæ tua non debet fraternitas ignorare, apostolicæ sedis magisterium recognoscens, eam super quibusdam dubitationum articulis consulere decrevisti, quod utique gratum habemus, & acceptum; & tuam exinde prudentiam commendamus, non quod aestimemus nos sufficientes ex nobis, sed nostra sufficientia est ex Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, qui linguas infantium fecit disertas, & ora mutorum aperuit. Quæstus enim dubitans, & addiscere volens, qua ratione Romanam ecclesiam unam, & universalem in nostris literis vocavimus, velut in quasdam species specialissimas jam divisam; cum & unus sit pastor, & unum ovile, licet sub uno pastorum principe plures constituti sint pastores. Nos autem inquisitioni tuæ taliter responderimus, quod ecclesia duabus de causis universalis appellatur. Intelligentia namque doctrinæ ex causis est assumenda dicendi, cum non res sermoni, sed rei sit sermo subjectus. Dicitur enim universalis ecclesia, quia de universis constat ecclesiæ, quæ græco vocabulo catholica nominatur, & secundum hanc acceptancem vocabuli ecclesia Romana non est universalis ecclesia, sed pars universalis ecclesiæ, prima videlicet, & præcipua, veluti caput in corpore, quoniam in ea plenitudo potestatis existit, ad cæteras autem pars plenitudinis derivatur; & dicitur universalis ecclesia illa tantum, quæ sub se continet ecclesias universas, & secundum hanc nominis rationem Romana ecclesia tantum universalis nuncupatur, quia ipsa sola privilegio singularis dignitatis est ceteris præclara; sicut & Deus universalis dominus appellatur, non quasi jam divisus in species specialissimas, aut etiam subalternas; sed quoniam universa sub ejus dominio continentur. Est enim una generalis ecclesia, de qua veritas inquit ad Petru: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiæ meam;* & sunt multæ particulares ecclesiæ, de quibus Apostolus ait: *Instantia mea quotidiana sollicitudo ecclesiæ.* Ex omnibus una consistit tamquæ ex particularibus generalis, & una preminet omnibus; quoniæ cum unum sit corpus ecclesiæ, de quo dicit Apostolus: *Omnes unum corpus sumus in Christo;* illa videlicet caput ceteris membris præcellit. Quæsivisti etiam, & te afferuisti non modicum dubitare, cupiens addiscere causam, quam acceptabas sine contradictione rationem habentem, cum David de Hierusalem dicat in psalmis matutinis: *Syon dicit homo, & homo factus est in ea,* utpote in qua Christus dignatus est conversari, prædicare pariter, & docere, ac nostram operari salutem, in ea nostræ ponens fidei fundamenta; propter quod debet mater merito nuncupari, cum ex ea doctrina processerit salutaris. Ea mater ecclesia, ecclesia Romana dicatur, quæ a Jerosolymitanæ ecclesia orthodoxæ fidei sacramenta recepit, cum

Apostolus etiam se inquiens usque ad Illicum Evangelium prædicasse, quia quasi a Jerusalem incepit, evidenter ostendit. Licet autem ex præmissis intelligatur & huic inquisitioni responsum, cum ecclesia Romana mater dicatur non ratione temporis, sed ratione potius dignitatis. Nam etsi secundum Joannem Andreas prius venit ad fidem, quam Petrus, prælatus est tamen Petrus Andreae, cum apostolorum catalogo semper primus quasi præcipuus præmittitur; non quod Petrus sit prior tempore, sed prior dignitate. Ad omnem dubitationem pellendam tua fraternitas debet distinguere secundum nominis rationes inter Romanam, & Jerosolymitanæ ecclesiæ; quod illa dicenda sit mater fidei, quoniam ab illa fidei sacramenta processerunt; ista vero dicenda sit mater fidelium, quoniam privilegio dignitatis universis fidelibus est prælata. Sicut enim synagoga dicitur mater ecclesiæ, quoniam & ipsa ecclesiam præcessit, & ecclesia processit ab ipsa. Juxta quod eadem dicit in Canticis: *Filiæ matris meæ pugnaverunt adversum me.* Rursumque: *Pau-lulum cum pertransisem, inveni quem diligis anima mea. Quarum eum, nec dimittam, donec introducam illum in domo matris meæ.* Nihilominus tamen ecclesia mater est generalis, quæ novo semper scetu fœcunda concipit, & parit, & nutrit: concipit catechizando quos instruit; parit baptizando quos abluit; nutrit communicando quos reficit. De qua Propheta dicit in psalmo: *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lœtantem.* Et aliud item Propheta inquit: *Leva in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi filii tui de longe venient, & filie tui de latere surgent.* Gaudemus autem non modicum, & utinam vere in te, ac super te gaudium nostrum impletatur, quod apostolatus nostri sollicitudinem super unionem Latinorum, ac Græcorum ecclesiæ commendasti: pro divino zelo, & igneo proposito, quæ nos expressisti habere in tuarum serie literarum, super qua etiam imperialis nobis celsitudo rescripsit. Quia ut verbis ejus utamur, *vestræ sanctitatis est secundum præcedentes synodales operationes pro requisitis dogmatibus synodalem conventionem fieri, dispensare;* & *vestræ sic faciente sanctitate, sanctissima, quæ apud nos est ecclesia, non ad conveniendum tardabit.* Licet autem, sicut ex prædictis apparet, ecclesia Romana non tam constitutione synodica, quam divina caput & mater omnium ecclesiarum existat, ideo nec pro disparitate rituum, nec dogmatum diversitate, differre debemus, quia nobis sicut tuo capiti secundum antiquum, & canonicum statum benignius, ac devotius obedires, cum cætera non sint pro dubiis relinqua. Nos cum pro multis necessitatibus ecclesiasticis disposuimus, auctore Domino, generale convocare concilium, & synodalem celebrare conveniunt, ad quem si vocatus a nobis juxta Imperatoris ipsius præmissionem occurseris, cum hæc sint dogmata, quæ nostris literis requisivimus, ut scilicet membrum ad caput, & ad matrem filia revertatur, ecclesiæ Romanae reverentiam, & obedientiam debitam impensurus; te sicut fratrem germanum, & præcipuum membrum ecclesiæ benigne, & humiliter admittemus. De cæteris authoritatibus sedis apo-

apostolicæ, & sacri approbatione concilii, cum tuō, & aliorum fratrum nostrorum consilio, quæ statuenda fuerint, statuentes; alioquin cum scandalum ecclesiæ non debeamus ulterius sustinere, quia de arca Domini zizania debemus & paleas exsufflare, dissimulare non potuimus, quin in ipso concilio, si de super datum fuerit, in hoc negotio fratrum nostrorum consilio procederemus. Monemus igitur fraternitatem tuam, & exhortamur in Domino, & per apostolicæ sedis majestatem, quod per te, vel si forte justa impeditus occasione nequiveris, per procuratores idoneos, & aliquos de majoribus ecclesiasticis prælatis statuto tempore concilium accedas, apostolicæ sedi obedientiam, & reverentiam secundum

statum canonicum præstiteris. Nam si securus actum fuerit, quod non credimus; tam in Imperatorem ipsum, qui potest, si voluerit, efficere quod mandamus, quam in te, & Græcorum ecclesiam procedere compellemus. Super cæteris autem dilecti filii J. Capellani & familiarem nostrum, apostolicæ sedis legatum, virum providum & discretum, nobis, & fratribus nostris obtentu suæ religionis, & honestatis acceptum, ad imperiale excellentiam duximus destinandum; monentes & exhortantes attentius, quod eum sicut legatum apostolicæ sedis recipias benigne, & honores; & ea credas sine dubitatione aliqua, quæ tibi ex parte nostra duxerit propoundeda.



COLLECTIO QUARTA DECRETALIUM

CUM SCHOLIS JOANN. TEUTONICI, ET QUORUNDAM ALIORUM.

ANTONII AUGUSTINI PRÆFATIO.

Juris Pontificii trium collectionum veterum editionem sequitur quarta, quæ multa Innocentii Tertii post tertiam collectionem rescripta, omnesque concilii generalis Lateranensis constitutiones ejusdem Pontificis auctoritate, & præsentia confirmatas complectitur. In hac permulta sunt, quæ in superioribus collectionibus duriora, aut obscuriora videbantur, mutata rectius, & maxima cum prudentia, atque æquitate moderata. Addidimus Joannis Teutonici doctissima scholia, & quorundam aliorum. Hic est ille Joannes, cuius exstant ad Gratianum doctissimæ lucubrations a Barthol. Brixensi postea interpolatæ, quarum in hoc opere idem mentionem facit. Sumpsit pleraque ab hoc Bernardus Parmensis, cuius hodie scholiis utimur in Gregorianis libris, quod Joannes Andreæ filius notat, & nominatim eundem sæpe testem citat, ejusque verba refert, additis, atque detractis, quæ ei visa sunt. Licebit igitur his, & illis frui; & tamquam ex perlucido fonte, quod sæpe dicendum est, puriore aquam sumere; ut eodem tempore & Innocentiana verba, qualia initio fuerint, & has interpretationes pleniores cognoscamus. Hanc nos collectionem cum scholiis ex bibliotheca Panormitanæ ecclesiæ describendam curavimus, mox eam cum aliis libris Tarragonensis, & Barcinonensis ecclesiæ contulimus.

JOANNIS ANDR. F. Verba in proœmio Decretal. infra scripsimus.

Antiquarum Compilationum habuimus recolende memoria notatores: Bernardum Papensem, Joann. Galensem, Vulteranum, antiquum B. Compost. Rufinum, Silvestrum, Ricardum, Rodoicum, Petrum Hispanum, Bertrandum, Damasum, Alanum, Laurentium, Vincentium, Joann. Teutonicum, Tancredum, G. Nasonem, Jacob. de Alben. De quorum apparatus, scriptis, & reportationibus aliquibus additis, Bernardus Parmensis canonicus Bononiensis super hac compilatione apparatus, quo nunc utimur, compilavit.

Item GUILIELMI DURANTIS in Speculo verba hæc sunt.

Porro super hujus canonicae legis expositione varii juris professores per varias temporum successiones diversimode laboravunt: ut Rufinus, Silvester, Joannes Hispanus, Joann. Falensis, Hugo, Melentius Petrus Pisanus [scribo Hispanus] Joann. Gallensis, Damasus, Bohemus, Petr. Papensis, Alanus Anglicus, Petr. Apulus. Laurentius, Vincenius, Tancredus, Joann. Teuton. Joana. de Sinto, Jacobus de Alb. Episcopus Faventinus, Gofredus, Bartholomeus Brixensis, Joann. de Deo, & B. Parmensis.

Addit JOANN. ANDR. F.

Prätermittit Bernardum Papien. credo tamen, quod ubi supra est, Petr. Papien. debet esse B. item antiquum B. Compost. item Ricardum Anglicum, & Rodoicum, Bertrandum, Gull. N.s. quem tamen postea allegat & Phil. quem etiam allegat. E converso mihi noti non sunt P. Bohemus, & Petr. Apulus, item omisit Bazianum, & Gandulfum, quorum scripta super compilat. illis non habemus, Paulum vero Ungarum, qui notabilita secunde, & tercie compilationis ordinate collegerat, etiam non expressi. Item preposuit Bern. Papien. Joann. Galten. & antiquum B. Compost. antiquioribus scriptoribus Rufino, Silvestro, & aliis; quia fuerunt compilatores non solum glossarum, sed textuum. Rufinus, Silvester, & Joann. Hispanus fecerunt lecturas super Decreto, in quibus nullam decretalem allegant. Idem dico de Joann. Faventino: prævenerunt enim compilationes, de quibus supra. Dicuntur tamen primi duo supervixisse, & certas compilationes legisse, & sic reportatas post eos aliquas apostillas. Hugo certum est, quod vidit primam, & secundam compilationem: in sua tamen summa raro Decretales allegat; & si allegat, non tamen allegat sub compilatione, neque sub rubrica. Ad ipsum Ferrarien. Episcopum directe sunt aliquot decret. positi in tertia compilat. Ricardi Anglici videtur fuisse glossa ult. decret. Ex litteris: de sponsal. Rodoicus habuit cognomen Modici passus. Sed cum sola littera R. notatur, incertos nos reliquerunt, num Rufinum, vel Ricardum, vel Rodoicum interpretemur. De Melendo notatur 19. dist. secundum, & alibi: de Petr. Hispano, de appell. pastoralis, in gl. Hæc ratio, & c. Bertrandus glossæ fuerunt, secunda in decret. Non est, de frons. & prima de cr. seq. Damasus fecit summam super l. compil. & tibrum questionum super multis decretalib. & Brocard. Alanus, Laur. Vinc. Joann. Teuton. & Tancre. glossas abundanter habemus. Vincentius autem, qui scripsit super quatuor compil. facta compil. Gregoriana glossavit illam. Tancredus autem in antiquis compil. allegat Vincentium, & ipse Vincentius in compil. Gregoriana allegat Tancredum. Bazianum miror per auctorem omnissum, de quo multæ glossæ loquuntur. De Gandulfo idem dico, de quo auctor, & glossæ, Gull. Nasonis reportationes multas habuimus. Ja. de Al. magister Ostiensis glossavit Honorianas. Item secundum, quod quedam glossæ in decretis allegant Petrum Manducatorem, allegant etiam Cardinalem.

COLLECTIONIS QUARTÆ DECRETALIUM

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.
DE FIDE CATHOLICA.

C A P U T I.

*Innocentius Papa III. in concilio generali.**Conf. I.*cap. 1. De
summa. Tr.

Primitus credimus, & simpliciter (a) confitemur, quod unus solus est verus Deus, æternus, imensus, omnipotens, & incommutabilis, incomprehensibilis, & ineffabilis; Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres quidem personæ, sed una essentia, substantia, seu natura, simplex omnino. Pater a nullo, Filius autem a Patre solo, ac Spiritus sanctus pariter ab utroque absque initio semper, & fine. Pater generans, Filius nascens, & Spiritus sanctus procedens, consubstantiales, & coæquales, omnipotentes, & coæterni. Unum universorum principium, creator omnium visibilium, & invisibilium, spiritualium, & corporalium, qui sua omnipotenti virtute, simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam. Diabolus enim & dæmones alii a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali; homo vero diaboli suggestione (b) peccavit. Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam individua, & secundum personales proprietates discreta, per Moyser, & sanctos Prophetas, aliasque famulos suos juxta ordinatissimam dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit salutarem, & tandem unigenitus Dei filius Jesus Christus a tota Trinitate communiter incarnatus ex Maria semper virgine, Spiritus sancti * operatione conceptus, verus homo factus ex anima rationali, & humana carne compositus, una in duabus naturis persona viam vitæ * manifestus demonstravit. Qui cum secundum divinitatem sit immortalis, & impassibilis; idem ipse secundum humanitatem factus passibilis, & mortalis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus, & mortuus descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, & ascendit in cælum, sed descendit in anima, & resurrexit in carne, ascendit que pariter in utroque. Venturus in finem sæculi judicaturus vivos, & mortuos, & redditurus si-

* cooperatio
ne.

* manifestus.

gulis secundum opera sua, tam reprobis, quam electis; qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus, quæ nunc gestant, ut recipient secundum merita sua sive bona fuerint, sive mala, illi cum diabolo pœnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam. Una vero est fidelium universalis ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur; in qua idem ipse sacerdos est sacrificium Jesus Christus, cuius corpus, & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continetur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate divina, ut ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum nemo potest confidere, nisi sacerdos rite fuerit ordinatus secundum claves ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumque successoribus Jesus Christus. Sacramentum vero Baptismi, quod ad Dei invocationem, & individuæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filii, & Spiritus sancti consecratur in aqua, tam parvulis, quam adultis in forma ecclesiæ a quocumque rite collatum proficit ad salutem. Et si post susceptionem Baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam semper potest reparari. Non solum autem virgines, & continentes, verum etiam conjugati, per fidem rectam, & operationem bonam, placentes Deo ad æternam merebuntur benedictionem pervenire.

C A P U T II.

In eodem Conf. II.

Damnamus, & reprobamus libellum, sive tractatum, quem Abbas Joachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum, *de unitate seu essentia Trinitatis*; appellans ipsum hæreticum, & insanum, pro eo quod insanis dixit sententiis: quoniam quædam summa res est, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; & illa non est generans, neque genita, neque procedens. Unde assertit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas & illam communem essentiam, quasi quartam; manifeste protestans, quod illa res, quæ est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura; concedit, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt una essentia, unaque natura; verum unitatem hujusmodi, non veram & propriam, sed quasi collectivam, & similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines (c) unus populus, & multi fide-

a Fides enim simplicibus verbis est proponenda, & prædicanda, ut 23. dist. *Qui Episcopus*. Similiter testimoniū, ut 3. q. 9. *Pura*. Similiter lex, ut dist. 4. *Erit autem*. Similiter quælibet scriptura, nam si obscure loquatur, habetur pro non locato, ut extr. 3. de probat. cap. 2. & D. de inter. act. de ætate, & generaliter numquam per extranea verba res proponenda est, sed per usitata, & nota, ut 36. dist. *Relatum*.

b Et ideo magis puniendus est, quam ipse faciens, ut 86. dist. *Tanta*. Nec illud excusat diabolum, si homo illud alias fuerit facturus, ut D. de servo corr. l. 1. licet videretur, quod pro solahortatione non deberet teneri, ut D. de his, qui not. inf. *Ob hec verba*; nec illud excusat hominem, quod consilio alterius fecit, quia debuit, & potuit explorare apud se, an expediret tale consilium, ut D. mand. l. 2. in fine.

c Eadem similitudine decepti fuerunt Ariani, ut de cons. dist. 2. *In Christo*. Joannes.

fideles, una ecclesia, juxta illud: *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una; & qui adhaeret Deo, unus spiritus est cum illo;* item *& qui plantat, & qui rigat, unum sunt; & omnes unum corpus sumus in Christo;* rursus in libro Regum, *Populus meus, & populus tuus unus sunt.* Ad hanc autem suam sententiam astriuendam illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Evangelio: *Volo Pater, ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus; ut sint consummati in unum.* Non enim, ut ait, fideles Christi sunt unum, id est, una quædam res, quæ communis sit omnibus; sed modo sunt unum, id est una ecclesia, propter Catholicæ fidei unitatem; & tandem unum regnum propter unionem indissolubilem charitatis. Quemadmodum in canonica Joannis Apostoli epistola legitur: *Quia tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt;* statimque subjungit: *& tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt,* sicut in quibusdam codicibus invenitur. Nos autem sacro universali concilio approbante, creditus, & confitemur cum Petro, quod una quædam res est incomprehensibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earundem: & ideo in Deo Trinitas est solummodo, non quaternitas. Quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet, substantia, essentia, seu natura divina, quæ sola est universorum principium, præterquam aliud inveniri non potest, & illa res non est generans, neque genita, neque procedens, sed est Pater, qui generat, & Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus, qui procedit, ut distinctiones sint in personis, & Trinitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, non tamen aliud, sed id, quod est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, idem omnino, ut secundum orthodoxam, & Catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno Filium generando suam substantiam ei dedit, juxta quod ipse testatur: *Pater, quod dedit mihi, magis omnibus est;* ac dici non potest, quod partem substantiæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit; cum substantia Patris indivisibilis sit, utpote simplex omnino. Sed nec dici potest, quod Pater in Filium transtulit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam filio, quod non retinuerit ipsam sibi, alioquin desisset esse substantia. Patet ergo, quod sine ulla deminutione Filius nascendo sub-

stantiam Patris accepit: & ita Pater, & Filius habent eandem substantiam; & sic eadem res est, Pater, & Filius, necnon & Spiritus sanctus ab utroque procedens. Cum ergo veritas pro fidelibus suis orat ad Patrem: *Volo, inquiens, ut ipsi sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus,* hoc nomen unum pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia; pro personis vero divinis, ut attendatur identitatis unitas in natura. Quemadmodum alibi veritas ait, *Estate perfecti perfectione gratia, sicut pater vester celestis perfectus est perfectione naturæ,* utraque videlicet suo modo. Quia inter creatorem, & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos major sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam, vel doctrinam præfati Joachim in hac parte defendere, vel approbare præsumperit, tamquam hereticus ab omnibus evitetur. In nullo tamen propter (1) hoc Florentino monasterio (a), cuius ipse Joachim exitit institutor, volumus derogari, quoniam & regularis est institutio & observantia salutaris; maxime cum idem Joachim omnia scripta sua nobis assignari mandaverit Apostolicæ sedis judicio approbanda, seu etiam corrigenda (b), dictans epistolam, cui propria manu subscripta, in qua firmiter confitetur se illam fidem tenere, quam Romana tenet ecclesia, quæ disponente domino, eundem fidelium mater est, & magistra. Reprobamus etiam, & condemnamus perverissimum dogma impii Amalrici, cuius mentem sic pater mendacii excæcavit, ut ejus doctrina non tam heretica confenda sit, quam insana.

TITULUS II. DE RESCRIPTIIS.

CAPUT I.

Innocentius III. Rothomagen. Archiepiscopo.

cap. 24. De
recript.

CUM contingat interdum, quod laici ad monasteria convolantes, & infra. Præterea cum quidam super aliquo litigantes ad diversos judices litteras impetrant, quorum quidam obtenti a parte altera tibi mandant, ut partem adversam denunties excommunicationis sententia sub jacere, aliis judicibus tibi postmodum injungentibus, ut eandem denunties absolutam; quæraris, an utrilque vel neutrī, vel alterutris saltē obedi re c. debeas in hac parte? Super quo tuā prud. respondentēs, creditus distinguendum; an cum primum mandatum recepisse dignosceris, tibi forsan innotuit inter illos, & alios super jurisdictione discordiam suscitata; an super hoc nihil omnino scivisti (d). Et quidem si super contentio-

H h h 2. ne

[1] Per.

a Nota, quod licet auctor reprobetur, tamen statuta ejus non reprobantur, & sic est contra extrav. 1. de hær. Fraternitatis, immo etsi bona essent, reprobanda essent, ut 96. dist. Bene.

b Si paratus erat corrigi, non debebat dici hereticus, licet erraret in fide, ut 24. q. 1. Aperte, & c. Hoc est. Jo.

c Eadem quæstio proponitur supra eod. Ad hec, lib. 1.

d Nec per famam, nec alio modo. Hoc enim dicimus scire, quod ab aliis audivimus, ut 22. q. 5. Hoc videatur. Sed quid si audit ab aliquo, qui est levis opinionis? numquid talis scientia ad hoc sufficit, ut non debeat patere mandata judicis? Videtur, quod non, ut infra de spons. Cum in tua, cum judicibus semper obediendum sit, ut 23. q. 1. Quid culparū, extr. 3. de maj. & obed. Cum ex officii, cum nullum modum ullius suspicione debent inducere, quæ a levibus dicta sunt, ut 11. q. 3. In cunctis, tu quia non debet differri executio sententia, nisi in continentia probetur exceptio, sup. de testib. Veniens, lib. 3. alioquin retardaret executionem sententia, qui diceret se habere litteras priores, quæ non essent revocatae, vel posteriores dicerent se habere, quæ revocarent

pri-

612 Collectionis Quartæ Decretal.

ne hujsmodi nil tibi penitus ianotescit, cum pri-
mum mandatum recipere te contingit, illud de-
bes humiliter executioni mandare. Sed si postea
contrarium tibi ab aliis demandatur, tunc litterarum (a) ad utrosque judices a sede Apostolica
obtentarum copia postulata, quas auctoritate
præsentium districte præcipimus (b) exhiberi, si
ex ipsarum tenore deprehenderis evidenter; ita
quod non sit aliquatenus hæsitandum (c), quod
litteræ, quæ ad illos, a quibus secundum manda-
tum recipis, impetratæ noscuntur, expresse revo-
cent litteras aliorum: tu illud intrepidus exequi-
ris, quod secundo loco (d) tibi mandatur. Si ve-
ro ex litterarum inspectione manifestissime tibi
conset, quod litteræ obtentæ ad illos, qui pri-
mum dedere mandatum, per alias minime revo-
cantur, secundum mandatum nullatenus exequari.
Quod si super hoc merito tibi fuerit dubitan-
dum, ad exequendum secundum mandatum te
procedere non oportet, donec juxta cuiusdam no-
stræ constitutionis (e) tenorem inter eos hujs-
modi concertatio sopiaetur. Et id ipsum (f) facere
debés, si primo mandato recepto, & nondum e-
xecutioni mandato, tibi forsitan innotuerit, quod
inter se super jurisdictione videlicet demandata
cooperint disceptare. Ceterum in his omnibus pu-
ram, & providam te convenit intentionem habe-
re; ne vel ad declinandum mandatum dubitare te
dicas, ubi dubitandum non est; vel etiam ad ex-
equendum te afferas esse certum, ubi certus esse (g)
non debes. Licet autem ex his certa tibi detur do-
ctrina, qualiter in hujsmodi debeas te habere,
nulla tamen attribuitur potestas, ut inter dele-
gatos, aut partes de jurisdictione debeas judicare,

C A P U T II.

*Idem S. de Vallibus, magistro G. O.
P. de Fumusca (1).*

Olim ex litteris dilectorum fil. sancti Nicasii c. 25. eod.
Remanen, Sigman. & Vallis regiae Abba-
tum, nostris fuit auribus intimatum; quod cum
ad eos semel, & iterum a nobis litteræ processis-
sent, super eo videlicet, quod R. clericus sancti
Remigii Remen. parochiam de Salice sancti
Remigii, quam R. de Clerini sibi per interposi-
tam personam (b) ab Abbatे sancti Remigii col-
latam fuisse proposuit, detinebat; ipsi partes se-
mel, secundo, & tertio citaverunt, & dictum
R. de sancto Remigio, quia citatus plures com-
parere noluit per se, vel per responsalem aliquem
coram eis, excommunicationis vinculo innodan-
tes, fecerunt fructus ipsius parochiæ sequestra-
ri (i). Cumque postmodum idem R. accedens ad
eos se juri promiserit paritum, ac obtinuerit se
absolvi, ipsi absolutionis litteras concedentes,
diem ei assignarunt, & locum, quibus coram eis
quod promiserat, adimpleret. Qui diem & locum
ex litteris illis radens, in loco rasuræ rescripsit,
quod ipsi ei sequestratos fructus exhiberi manda-
bant. Quod demum coram duabus eorum, tertio
sui absentiam excusante, per litteras est confessus.
Nos igitur, cum tantæ temeritatis excessus falsi-
tatis scrupulo non carerent, vobis dedimus in man-
datis; ut si res taliter se haberet, ipsi præsumptori
super dicta parochia perpetuum silentium im-
ponentes, præfato R. de Clerin, clero assigna-
retis eandem cum fructibus sequestratis. Verum
sicut vos filii S. & P. per vestras nobis litteras in-
timastis, cum dictus R. de Clivo [z] rasuram
præ.

[1] *Simiis cano. al.*

(2) *Clerino, forte.*

primas. Ex hoc sequeretur, quod nullus iudex posset excommunicare, vel absolvere aliquem, vel aliquam sen-
tentiam ferre, si aliquis ante sententiam diceret, causam illam esse aliis commissam, & sic daretur occasio
figmentis, quod esse non debet, 32. q. 1. *Dixit*, inst. vi bon. rapt. §. *Sed ne dum talia*, D. ad Carbonianum lib.
1. §. *Si quis non*, & de litigio, lib. 1. Ad hoc dico, quod non sufficit, quod ille, qui mandatum recepit, ali-
quid audivit de diversitate litterarum, ut habeat probabilem causam credendi, ut 13. q. 4. *Quam magnum*, extr. 3.
de cler. excom. min. *Illud*. D. quod cum fals. tur. lib. 2. vel dic. quod qualisc. notificatio sufficit, ut iudex debeat di-
ei dubius, ut 1. q. 4. §. ult. in fine, & sup. desponi. *Præterea*, lib. 1. D. de petit. her. *Item veniunt*. §. *A quo autem*.

a Qualiter potest perpendi ex sola inspectione litterarum? nam licet secundæ litteræ expressam faciant men-
tionem & priorum iudicium, & rerum contentarum in prioribus litteris, per hoc non debet constare eas esse re-
vocatas, cum possint per suggestionem falsi esse impetratae. Et ita non revocant primas, licet de primis expres-
sam faciant mentionem, ut sup. eod. *Certum*. l. 1. Ad hoc ergo, ut executor nullatenus sit hæsitandum
de hoc, oportet, ut hæc discat per assertionem partium, quia causarum merita partium assertione pandun-
tur, ut sup. de sent. & re jud. *Cum illius*. lib. 3. & sic aliquam exerceret jurisdictionem inter partes, quod infra
negatur. Aut poterit scire secundas esse revocatorias, & hoc concedo, quod numquam ex sola inspectione
potest scire, nisi aliquis intelligat de hoc ex partium assertione. Per hoc tamen non habet jurisdictionem inter
partes, quia nisi priores litteras habens obiiciat aliquid contra secundas litteras, præsumitur eas esse revocatas.
Si autem obiicit aliquid, statim executor debet suspendere, quia per negationem facta est ei res dubia, C. qui-
bus ad lib. procl. *Non licet*, l. 3. & in hoc casu intelligo, quod legitur sup. eod. *Pastoralis*, lib. 3. quod scilicet
tunc dubium sit de revocatione litterarum quando expresse fit mentio & iudicium, & rerum, si ab adversario ob-
iicitur litteras esse impetratas per suggestionem falsi, per illam decretalem sup. eod. *Certum*, lib. 1. & qui aliter
glossaverunt, sensu indigent. Item licet executor dubitet, an debeat absolvere, vel condemnare, non tamen
secundum regulam Arriani, prærior erit ad absolvendum, quam ad condemnandum. Hoc ideo, quia non con-
stat ei, an ille iudex habeat jurisdictionem, vel non. Jo.

b Sed quid si non exhibentur secundæ litteræ? tunc executor exequetur mandatum, si ad terminum præfixum
non exhibentur, ut sup. de except. *Pastoralis*, lib. 3. nam litteræ, quæ non apparent, non sunt. D. de contr.
empt. *In lege*, non tamen potest cogere adversarium ad exhibendum eas, cum non habeat in eos jurisdictionem,
ut hic in fine dicitur.

c Videtur ergo, quod executor non debet petere copiam rescripti, nisi ubi recipit contraria mandata, sed
certe nullus debet exequi mandatum, nisi fiat ei fides de litteris delegantis, ut sup. de off. jud. del. *Cum in jure*, lib. 3.

d Sed quare revocatur per secundas litteras id, quod factum est auctoritate priorum litterarum, contra id,
quod legitur sup. de rest. spoliat. *Audita*, lib. 1. sed hic non revocatur, quod factum est, quia prior senten-
tia tenet, sed diffinitiva sententia non revocaretur auctoritate secundarum litterarum, ut ibi dicitur. Jo.

e Sup. de rescr. *Pastoralis*, lib. 3. f Ita ut non exequaris mandatum. g Sic sup. de appell. *Consuluit*, lib. 1.

b Quod fieri potest, ut sup. de præb. *Accedens*, lib. 3. i Quod fieri non debuit, nisi causa subesseret, ut
sup.

præfatam coram vobis per testes idoneos probavisset (a), & ob hoc postulasset sibi dictam ecclesiam assignari, vos utrum clausula illa, *si est ita*, de omnibus superioribus, an de articulo tantum rasuræ deberet intelligi dubitantes, in negotio ipso procedere ulterius distulisti, eligentes super hoc sedis Ap. potius oraculum implorare, quam aliquid temere definire. Nos igitur diligentiam vestram in domino commendantes, duximus respondendum, quod clausula debet ad omnia [b] superiora referri, ad hoc ut ipsi præfata (i) ecclesia conferatur. Quia licet vitium falsitatis ad imponendum ei perpetuum silentium super ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatem hujusmodi perpetravit (2), non tamen propter hoc eadem ecclesia est adversario assignanda, nisi super aliis facta fuerit plena fides.

C A P U T III.

*Idem Imolen. Episcopo.*c. 26. eod.
* Proculi,
Cujac.

Dilectus filius Abbas sancti * S. Bononien. per suas nobis litteras intimavit, quod cum iiple, cui visitationis officium in civitate, ac dicec. Bonon. commisimus, B. & A. presbyteros a sancti M. & sancti P. de Bignorola (3) ecclesiis, propter eorum graves, & manifestos excessus duxerat amovendos, idem presbyteri super restitutio- ne nostras ad te in communis forma litteras impe- trarunt de amotionis (c) suæ causa, & excom- municationis (d), qua tenentur adstricti, nullam

facientes penitus mentionem. Procuratoribus igitur vicinorum, & ecclesiarum ipsarum exceptio- nes in tua præsentia proponentibus antedictas, tu supersedendum hujusmodi negotio decrevisti, do- nec super hoc nostræ voluntatis beneplacitum re- cepisles. Nos igitur in hoc tuam prudentiam com- mendantes, fr. tuæ per A. sed, m. quat. si ita est, litteras ipsas, tamquam per veri suppressionem obtentas, carere viribus (e) decernas, quod circa presbyteros prædictos provide factum est, per memoratum Abbatem præcipias firmiter observari app. rem. (4)

C A P U T IV.

Idem Episcopo Uratismen. (5)

Postulasti per sedem Apostolicam edoceri, u- c. 27. eod. trum alicuius ecclesiaz perpetuo vicario de proventibus vicariaz, bonisque paternis habenti, unde valeat commode sustentari, tenearis per il- lam communem [f] formam; *Cum secundum Apostolum*, in ecclesiastico (6) beneficio (g) providere. Ad quod sic duximus respondendum, quod cum per formam prædictam necessitatibus pauperum clericorum, qui nullum sunt benefi- cium ecclesiasticum consecuti [7], sicut ibidem exprimi consuevit, sed. Ap. duxit succurrentum perpetuus vicarius, nisi de vicaria tecerit mentio- nem, commodum reportare non debet de hujusmodi litteris, utpote veritate tacita impetratis. Non enim carere beneficio ecclesiaz dici debet,

cui

(5) *Veratism. [6] Officio. (7) Affecuti.*(1) *Prædicta. (2) Perpetratar. (3) Bag- rola. (4) Deest, al.*

sup. de sequestrat. cap. *Ad hoc*, lib. 3. C. de prohib. sequestrat. L. unica, ut si forte esset suspectus, ut 2. q. 6. *Quotiens.* a Per evidentiam facti. b Videtur ergo, quod per hanc clausulam, *Si ita est*, vel per hanc, *Si præmissa vera sunt*, teneatur impetrato probare esse omnia præmissa vera, nec aliquid ex præmissis per se suffi- ceret ad probandum propositum. Sic sup. eod. *Ex parte*, lib. 1. D. de excusat. tutor. *Qui testamento*, & sup. de restit. spoliat. *Conquestus*, lib. 2. nam nisi quis plene probet intentionem suam, succumbet, ut C. de rei vindic- eat. ult. fines enim mandati strictissime custodiendi sunt, sup. de offic. del. *Si autem* & cap. *Ex parte*, & im- putet sibi, qui plura narravit, quorum unum sufficeret, arg. contra, quod sufficiat unum probare, si plura narrantur in rescripto, infra de concess. præb. *Accedens*, in fine, sup. de præb. *Cum jam dudum*, lib. 2. sup. de appell. *Significavit*, in fine. Illa enim pluralitas, *Si præmissa vera sunt*, resolvenda est per suas singularitates, id est si hoc verum est, si illud verum est, ut D. de conditionibus & demonst. *Falsa*, sup. prima distinct. *Omnes leges*. D. de condic. inst. l. 2. D. de manumiss. testam. *Si ita*. Item habes hic, quod sequens clausula respicit omnia præmissa, sic sup. de donat. *Cum dilecti*, lib. 3. sup. de appell. *Questivisti*, lib. 1. sup. de appell. *Secundo*, lib. 2. arg. contr. 3. q. 3. *Constituimus*, & de consecr. dist. 2. *Cum omne*. D. de in rem verso, *Si pro patre*. §. penult. D. de verbis obligat. *Qui sic stipulatur*. Jo. c Nota, quod non sufficit narrare seriem facti in litteris Papæ, nisi adiciatur causa facti, sic sup. de instit. *Veniens*, lib. 2. sup. ne cler. vel mon. cap. 2. lib. 3. C. de adopr. l. 3. & etiam modus facti, ut C. de transact. *Ut responsum*. d Et hic habes, quod excommunicatus si impetrat rescriptum, tacens de excommunicatione sua, quod non valeat litteræ, tum ideo, quia tacuit vitium suum, tum quia ingressit se communioni hujusmodi; propter quod puniendus est, ut sup. de cler. excomm. ministr. *Illud*, 11. q. 3. *Placuit*, unde inconveniens esset, quod ex eodem facto consequeretur poenam, & commo- dum. D. de neg. gest. *Sive*, 16. q. 1. *Ligi*. Hæc quæstio consuevit notari sup. de offic. deleg. *Prudentiam*, lib. 2.

e Sed quid, si aliquid per tales litteras actum est, numquid illud potest retractari? videtur, quod sic, quia quod per litteras subrepticias factum est, retractatur, sup. de offic. vicar. cap. 5. & 35. q. 9. *Veniam*. D. de judic. *Si Prætor*, & sup. de sent. excomm. cap. 1. lib. 3. etiam absente parte hoc retractatur, sup. de sent. & re jud. *Cum olim*, lib. 3. Nec obstat, si dicas, quod post sententiam non admittitur exceptio aliqua, ut 3. q. 6. §. *Exceptio*, sup. de sentent. & re judic. *Inter*, lib. 3. quia illud non tenet in exceptionibus illis, in quibus agi- tur de fallo, ut sup. de procurat. *In nostra*, lib. 3. sup. de probat. *Licet*, lib. 3. Cum enim per litteras tales non receperint judices jurisdictionem, ergo quod per eos factum est, non tenet, ut sup. de offic. jud. deleg. *Ex lit- teris*, in fine, nam replicatio omissa ante sententiam ex causa probabili, post sententiam proponitur, ut D. quando actio, de pecul. est annalis, l. 2. multo fortius exceptio. Ad idem facit, infra de sentent. *Ad proban- dum*, sup. de despontat. impub. *Ad dissolvendum*, in fine. E contra probo, quia tenet, quia a veris judicibus lata est sententia secundum ordinem juris, nam per litteras tales datur jurisdiction, licet litteræ tales elidi pos- sint per exceptionem, ut sup. eodem, *Si autem*, lib. 1. & D. de bonor. possess. secundum tabulas. L. pen. §. *Te- stamento*. Unde non potest dici, retro judicium nullum fuisse: unde si scivit sibi exceptionem competere, & non exceptit, est quod imputet sibi. Si vero nescivit, prætextu exceptionis postea repetitæ (1), non retractatur sententia, ut sup. de sententia *Inter*, lib. 3. Item libertas tenet per falsos codicillos præstata. D. de manumiss. testam. *Cum ex falsis*, & legata præstantur, licet testamentum sit falsum. D. de hered. inst. l. ult. Dico, quod retractanda est sententia per in integrum restitutionem. Si vis dicere, quod per litteras illas, nulla jurisdictione data fuit, tunc non est necessaria restitutio, quia ipso jure nulla est sententia; quod intelligas, si judex eam ordinarius tulit, ut sup. de sent. & re jud. *Cum I. & A. & C.* si ex falsis instrum. factum. Jo.

f Sup. de præb. *Cum secundum* lib. 3.

g Nomine enim beneficii intelligitur sive præbenda, sive aliud bene,

* reperita.

Qui competenter (a) de perpetuæ vicariæ proventibus (b) est provisum. Et pro habente beneficii sufficientis subsidium, ex certa scientia super obtinendo beneficio alio, de levi non scribimus, quin faciamus de primo in nostris litteris mentionem.

C A P U T V.

Idem in conc. Lat. constit. XXXVII.

e. 23. o. t.

Nonnulli gratia sedis Ap. abutentes, litteras ejus ad remotos (c) judices impetrare nuntur, ut reus fatigatus laboribus, & expensis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimers compellatur. Cum autem per judicium injuriis aditus patere non debeat, quas juris observantia interdictit, statuimus, ne quis ultra duas diætas [d] extra suam dicet. per litteras Ap. ad judi-

cium trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratae, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem (e). Sunt & alii, qui se ad novum genus mercimonii converentes, ut vel soppitas possint suscitare (f) querellas, aut novas immittere quæstiones, fingunt causas, super quibus a sed litteras impetrant absque dominorum mandato, quas vel reo, ne per eas laborum vel expensarum dispendio molestetur, aut actori, ut per ipsas adversarium indebita molestatione fatiget, venales exponunt. Cum autem lites restringenda (g) sint potius, quam laxanda, hac generali constitutione fancimus, ut si quis super aliqua quæstione de cetero sine domini speciali mandato (h) litteras Ap. impetrare præsumperit, & litteræ illæ non valeant, & ipse tamquam fal-

beneficium, ut 1. q. 3. *Ex multis.* a Istud competenter intelligas, secundum modum illius decretal. sup. de præbend. cap. ult. lib. 1. b De duobus quærebatur, scilicet de paterna hereditate, & de beneficio: de beneficio tantum respondet, ergo etsi non faciat mentionem de paterna hereditate, tenent litteræ, arg. contrar. sup. de præsump. *Nonne,* lib. 1. Sed non est verum, quia talis indigne petit beneficium ecclesiasticum, ut 16. q. 1. *Quoniam quiaquid* 12. q. 1. Illi autem. Item quia ordinatus est ad certum titulum patrimonii, ut sup. de præb. *Tuis,* lib. 3. Sed quid si modicum habet beneficium, numquid tenetur facere mentionem illius? Videtur quod non, ex eo quod dicit de competenti beneficio, expressum videtur infra de concess. præb. & eccl. non vacant. *Dilectus,* lib. 1. Item quia non nocet, si modica omittantur. D. de vent. inspiciend. l. 1. in fine, Sed contra videtur, quia ille, qui recipit modicum stipendium, etiam eodem stipendio privandus est, sup. de præb. cap. ult. lib. 1. Item imputet sibi, qui recipit modicum; quia quemadmodum est ad strictus eccl. ille, qui magnum habet, ita hic, & queret necessaria manibus. 21. dist. *Clericus,* Dico, quod si per simplicitatem omisit, non nocet in hoc casu; secus si scienter, ut sup. eodem *Super,* lib. 3. Sed quid si habens sufficiens beneficium petit litteras de alio beneficio, numquid tenent litteræ, si renuntiet priori? non, nisi tempore data renuntiaret, arg. sup. eod. *Causa,* lib. 2. & quia hic dicitur de vicaria, idem intellige, si habet aliquam possessionem ab ecclisia, arg. 16. q. 1. *Possessiones.* c Nota, quod remotus dicitur qui est ultra duas diætas, & propriis extra diæcesim, & facit ad intentionem illius intelligendum, quod est extrav. 3. de elect. *Cum inter,* infra de elect. *Nihil est.* Sunt autem duo notabilia contra illos, qui impetrant litteras extra provinciam, unum, quod si voluerit pars impetrans procedere per litteras illas, potest excommunicari a suo ordinario, ut extrav. 2. de offic. ord. *Significavit,* & aliud, quod si reo absente non aderit ad terminum sibi præfixum, perdit beneficium rescripti, ut 3. q. 3. §. *Quod fieri,* Jo. d Numquid intelligis hoc aut de vulgaribus diætis, quæ habentur secundum consuetudinem regionis, aut de legalibus, quod secundum xx. milliaria computantur pro die, ut D. de verb. sign. l. 3. videtur, quod de vulgaribus quia nomina ex communi usu sunt intelligenda, ut extrav. 2. de sponsal. *Ex litteris,* D. de suppellectili legata, *Labro,* & consuetudo est optima legum interpres, ut extrav. 3. de consuet. *Cum dilectus,* & plusquam natura vocis, ut D. de legatis tertio, *Non aliter.* D. eod. tit. *Uxori,* in principio, De hac materia, & contra multa arg. invenies, ut not. 12. dist. *Illud.* Dico intelligendum de vulgaribus, quia lex debet convenire consuetudini regionis, ut dist. 4. *Erit autem.*

e Ut itaq. scratur, non obstante tali constitutione. Sic patet, quod rescriptum debet facere mentionem constitutionis ad hoc, ut ei prejudicet, ut extrav. 1. de ætat. & qual. *Eamte.* Nec habet hic locum illa regula, quod speciale derogat generali, licet non faciat mentionem illius, ut extrav. 2. de descr. *Pastoralis,* licet ita sit in rescriptis. Sed hic licet rescriptum sit speciale, non tamen derogat constitutioni, quæ est generalis: nec est hoc ideo, quin Papa habeat bene notitiam hujus constitutionis, sed ideo quia Papa ignorantæ sunt distantia locorum, ideo præcipit, quod etiam ratione mandati sui non citeretur ad remota loca. Jo.

f Per rescriptum Principis non possunt suscitari lites finitæ, ut G. de trans. *Causa.* Immo tales a limine judiciorum expelluntur, ut C. sententiam recte latram rescindi non posse. l. ult. Joan.

g Sic de pœnit. dist. 1. *Pœna.* D. de liber. & posthum. *Cum quidam.* Videtur ergo, quod in rescriptis, quæ actor impetrat, verba potius sunt restringenda, quam amplianda, ut extrav. 3. de descr. *Causam,* sed in rescriptis reorum verba sunt amplianda, ut extrav. 3. eod. tit. *Olim,* nisi sit rescriptum indulgens beneficia, ut extrav. 3. de donat. *Cum dilectus,* & est simile extrav. 3. de off. del. cap. ult. in fine. Jo.

h Sic ergo generalis procurator non sufficit ad impetracionem litterarum, quod est bene notandum, sicut requiritur specialis procurator in transactione, & in integrum restitutione. Sed nonne ratihabito domini sufficit ad hoc, ut litteræ incipient valere, quæ prius non valuerunt? ut D. de judiciis, *Licet.* Item litteræ, quæ primo non valerent, postea confirmantur, ut extrav. 3. de foro comp. *Ex transmissa,* Resp. licet procuratio, quæ nulla est, possit ratificari non tamen litteræ. Sed pone, quod vis reprobare litteras per alium impetratas, an incumbit tibi probatio, quod sine mandato sint impetratae, an domino, quod mandavit? videatur, quod domino, sicut neque executor tenetur parere mandato judicium, nisi probetur mandatum, ut extrav. 3. de offic. del. *Cum in jure,* qualiter enim possit adversarius probare, quod non esset ei mandatum, cum sit pura negativa. Præterea licet quis exhibeat litteras ecclesiæ, non tamen auditur, nisi probet mandatum, ut extr. 3. de pro. h. *Coran,* in principio, & generaliter traditur, quod quotiens dubitatur de mandato, mandatum probandum est, vel cavendum est de rato, ut C. de procurat. l. 1. Item numquid jubetur exhiberi cum authentico libellus Papæ porrectus? ut 81. dist. *Maximianus,* 7. q. 1. *Presentium.* Ad quid, nisi ut sciatur, per quem fuit impetratum; nam forte per excommunicatum sunt impetratae, & illæ non valent, ut sup. de probat. cap. 1. lib. 3. Nec obstat, si dicatur, quod instrumentum appareat non vitiosum; ergo standum est ei, donec contrarium probetur, ut C. de edicto divi Hadriani l. ult. Hic enim non impugnatur scriptura in hoc, quin verus sit actor, & vera bulla, sed tantum dubitatur de mandato. Ad hoc potest dici, quod si ita continetur in rescripto: „Conquestus est nobis talis procurator talis &c.“ & in ea casu non tenetur probare mandatum. Sed si continetur: „Conquestus est nobis talis“, cum ille non fuerit conquestus, sed alius, qui dicit se fuisse procuratorem; quod tunc tenetur probare mandatum, quia plerique singunt se alios,

falsarius puniatur, nisi forte de illis personis sit, aquibus non debet exigi [a], de jure mandatum.

TITULUS III. DE ELECTIONE.

CAPUT I.

Idem.

c. 35. de elect. **C**oram dilecto fil. n. tit. S. Prudentianæ presbyt. Card. & infra. Si vero utriusque partis fuerit electio cassata, vos fratribus omnibus, qui fuerint in provincia (b) convocatis, quod majori, & seniori parti eorum super prædictis videritis complacere, faciat per cens. eccles. firmiter observari.

CAPUT II.

Idem Parmen. (1) Episcopo, & ejus coniudicibus (2).

c. 36. eod. **B**onæ memoriarum S. Episcopo Cremon. in extremitate agente, cum de convalescentia desperaretur ipsius, Cremonen. capitulum Hug. concanonicum suum Regii disciplinis scholasticis insistentem, ad certum terminum vigiliam Pentecostes pro futuri electione Pontificis citari fecerunt. Verum secunda feria post Pentecosten dicto Episcopo viam universarum carnis ingredio capitulum, antequam corpus illius esset traditum sepulturæ, absente canonico memorato in quatuor de ipso capitulo, & tres de clero civitatis potestatem eligendi Pontificem contulerunt, expresso, ut minor pars illorum vii. sequeretur in electione majorem. Habito itaque post mortem, sed ante sepulturam tamen, ipsius Episcopi de futuri pastoris electione tractatu, cum vota illorum scinderentur in partes, iv. in Archipresbyterum, duobus in Archidiaconum, uno in alium consentientibus. Tandem illo sepulto minoris partis arbitrio ad judicium accedente majoris, eundem Archipresbyterum concorditer elegerunt, cui ele-

ctioni Archid. cum capitulo, & clero civitatis, nullo contradicente consentit. Verum adveniens postmodum Hug. & afferens se fuisse contemptu, ac propter hoc electionem hujusmodi nullius fuisse momenti, quasi jus eligendi devolutum fuisset ad ipsum, pro se, prout potuit, Archid. memoratum elegit. Constituto autem Hug. pro sua, & dil. fil. n. F. & N. pro electione Archipr. coram nobis electionem ab ipso Hug. post electionem Archipresbyteri non cassatam, licet de viro multæ literaturæ, honestæ vitæ, ac claræ famæ, non tam fine multa temeritate præsumptam, cum de priori nostrum debeat expectare (c) judicium, antequam procederet ad secundam, duximus irritandam, in poenam interdicentes eidem contradictionis vocem in primo consensu capitulo perduante; electionem quoque Archipr. quamvis laudabile testimonium perhibeat de ipso, justitia exigente cassavimus, tum quia corpore defuncti Episcopi nondum tradito sepulturæ, habuere de ipsa electione tractatum (d) contra canonicas sanctiones; tum quia inventus est Hug. fuisse contemptus, licet unus solus extiterit, cum plus in talibus consueverit unius contemptus obesse, quam multorum (e) contradictione in presentib. nec prædicta debet dici valuisse citatio, quia cum Episcopi mortem prævenerit, temeraria nimis extitit, & non potuit arcere (f) (g) citatum. Ad hæc volentes Cremonen. ecclesiæ speciali sollicitudine providere, concedimus, & mandamus; ut si capitulum in suo voluerit perdurare consensu (g), ipsum Archipr. auctoritate nostra in pastorem Cremon. ecclesiæ concedatis, alioquin nisi forte infra ix. dies de persona idonea in Pontificem sibi, & ecclesiæ suæ providerint per electionem canonicam, & concordem; vos eisdem auctoritate sed. Ap. de ipso Archipr. vel Archid. (h) seu de alio viro idoneo providere curetis.

CA.

(1) Pampisen. (2) Contu. al.

[3] Artare, forte.

alios, & sub nomine aliorum impetrant litteras, vel aliter. Si litteræ impetrantur ad appellationem alicuius, tunc non tenetur probare mandatum: nam non est credendum, quod quis sit negligens in prosequendo appellationem, qui alias diligens est, arg. C. qui, & adversus quos l. i. Si vero per simplicem querelam sint litteræ impetratae, tunc secus, nisi in litteris fiat mentio procurationalis. Joann.

a Quæ illæ personæ sint, dicitur D. de procuratoribus, *Sed & he. Joann.* b Hic expresse habetur, quod soli, & omnes illi, qui sunt in provincia, sunt vocandi ad electionem, & per hoc intelligas illud, infra eod. *Quia propter*, in fine, unde non tenent illud, quod dicitur de sono campanæ, sub eod. In causis, lib. 3. de hac materia plene inveniens. 7. q. 1. *Factus*. Joann. c Sed nonne electio, quæ sit contemptus, qui interesse deberent, ipso jure est irrita? ut sup. eod. *Quod sicut*, & cap. ult. lib. 3. & supra de arbitriis, cap. ult. lib. 3. & 63. dist. *Obeuntibus*, ergo non obstante ea potest attemptari alia, ut sup. de appell. *Constitutis*, lib. 1. & infra de præb. *Dilecto*. Cum enim a jure sit reprobata talis electio, non est necesse adire judicem pro ea cassanda. D. de condic. initit. *Que sub condicione*. §. ult. Præterea cum universitas delinquit in eligendo, debuit electio devolvi ad illum, qui non deliquit, sup. eod. bonæ, lib. 3. sup. de postulando, *Gratum*. Dico, quod electio istorum non sicut nulla, sed potius annullanda; & ideo, debuit expectari cassatio superioris, unde & si iste unus habuisset jus eligendi; deliquit in hoc, quod volunt simul esse actor, & judex præmissæ electionis, ut extrav. 3. de conc. præb. & eccles. non vac. post electionem: & licet illi delinquerunt in eligendo, non tamen illud jus devolvitur ad unum, tum quia unus non constituit universitatem, ut probatur hic, & 65. dist. *Si forte*, & D. de legat. 1. *Si gregi*, licet nomen universitatis dicatur in uno constare. D. quod cuiusque universitatis, *Sicut*, in fine, tum quia non devolvitur jus eligendi ad alios, nisi quando eligitur persona ineligibilis, ut inf. eod. *Scriptum*, in fin. Joann. d Nota quod cassatur electio, de qua est habitus tractatus ante sepulturam morientis. 79. dist. *Nuttus*. e Sup. eod. *Quod sicut*, lib. 3.

f Generale enim est, quod ad citationem, quæ a jure reprobatur, non tenetur venire citatus, etiam ut alleget privilegium, ut not. 3. q. 2. *Si Episcopus*. Joann. g Non intelligas, quod ex illo priori consensu eum possint eligere, cum ille fuerit illicitus, sed potius ex novo consensu denuo convenientes in eum, sic sup. de eo, qui duxit in matrimonium, quam pol. per adul. cap. 1. & 63. dist. *Quanta*. D. de servit rust. præd. *Recepit*. Joann.

b Hoc dicto, non dat illis optionem eligendi, quem voluerint, sed ordo verborum ostendit, quod per ordinem illum procedatur, ut primo examinent personam Archipresbyteri, & si ea fuerit reprobata, tunc examinent personam Archidiaconi, sic 85. dist. *Florentinum*, arg. bonum ad hoc, de consecr. dist. 2. *Juxta*. Ordo enim in rescriptis est considerandus, supra de rescript. *Cum dilectio*, lib. 3. & hoc expressum est. D. ad Trebelianum, *Heredes*, in fine, in authent. de hered. & Falcidia. §. *Inordinatum*. Jo.

616 Collectionis Quartæ Decretal.

C A P U T III.

Idem.

c. 37. eod.

CUM ad nostram nuper notitiam devenisset, quod Hug. qui se pro Abbatे Luxovin. [1] gerebat, non fuerit ante monachus (*a* quam electus). Nos attendentes, quod contra regulares traditiones istud [2] fuerit aptatum; cum nullam spem (*b*), vel promissionem habens, ut Abbas fiat, debeat monachari, electionem de ipso factam, de consensu fratrum nostrorum, curavimus irritare. Quocirca mandamus, quatenus tam monachis, quam aliis fidelibus monasterii memorati studeatis ex parte nostra distritius inhibere, ne præfato H. ullam obedientiam, vel reverentiani propter jam dictam electionem, valeant (*3*) exhibere; et si quid in eodem monasterio disponendo perperam attentavit, nullum robur (*c*) habere volumus firmitatis, sed penitus irritari.

C A P U T IV.

Idem in registro (4) tit. S. Laurentii in Lucina presbytero Card. A.S. Leg.

c. 38. eod.

Officii tui laudabilem exequaris (*5*) actionem, cum super illis, de quibus dubitas, per nos postulas edoceri. Sane nobis tuis litteris intimasti, quod cum monasterium quoddam possessionibus convenienter ditatum, sed positum in medio nationis prava pariter, & perversæ pastore careret, monachi de electione Abbatis tractantes necessariam duxerint personam eligere aliquam, eujus potentiam valeret a persecutoribus liberari. Cumque non possent sui ordinis idoneam invenire personam, in quandā virum nobilem oculos direxerunt, per quem melius poterat defensari, &

(1) *Luxionen.* (2) *Illud.* (3) *Audeant.* [4] *Magistro Ca. Gr. IX.* (5) *Persequeris.* (6) *Lab.*

a Hic habes expressum, quod clericus sacerdotalis non potest eligi in Abbatem. Ad idem facit supra eod. *Cum causam*, lib. 3. arg. contrar. 16. q. 1. *Presbyteros.* Sed illud ibi solvit & in hoc ipsi sunt melioris conditionis, quam clerici, quia clerici eos eligunt ad sua officia, ut 38. dist. cap. 1. & 2. sed ipsi non eligunt clericos ad suas dignitates, arg. contrar. 28. q. 1. *Omnis*, 2. q. 7. *Sicut.* *b* *Principalem*, 8. q. 1. *Sicut in ecclesia*, sed licitum est alicui sperare honores ecclesiasticos, ut 61. dist. *Quid proderit*, Joann.

c Arg. quod licet aliquis habitus fuit pro electo, nihilominus detecto postea virtus electionis, omnia per ipsum facta cassantur, arg. 12. q. 2. *Alienationes*, 25. q. 1. *Omne*, supra de hæreticis, *Fratergitais*, arg. contrar. 3. q. 7. §. *Tria*. Jo. *d* Præsumitur aliquid, quod est in continentis secutum, 31. q. 1. *Si quis*, & 50. dist. *Si qua feminina*, quæ enim in continentis fiunt, inesse videntur. D. si certum petatur. *Letta*. Sed si haec est ratio, quare clericus non possit eligi in Abbatem, quia non est instructus in regula monachali, eadem ratione nec monachus potest eligi in Episcopum, vel praælatum alicujus ecclesiæ, cum non noverit regulas clericorum, & multo tempore debeat discere regulas clericorum, ut possit præfici ecclesiæ, ut 16. q. 1. *Sic vive*, &c. *Si clericatus*, quod concedo per jam dicta cap. Sed quid si peritus esset in regula monachorum, numquid tunc posset eligi in Abbatem, licet non esset monachus? Videtur, quod sic, quia ratio constitutionis cessat in eo, ut 61. dist. §. *His omnibus*, sicut monachus peritus in regula clericali potest eligi in Episcopum per prædicta capitula, sed non est ita, quia etsi sciret regulam, non tamen est expertus in ea, nam grave est in expertos divinis obsequiis applicare, 19. q. 3. *Monasteriis*. Sed quare non poterat iste postulari in Abbatem, cum laicus nesciens regulas clericales, postulatur in Episcopum? 61. dist. *Ostus*, & postea per tres menses discere debet regulas clericales ut in auth. de sanctissimis Episcopis, §. 2. Item eremita postulatur in Abbatem, ut sup. eod. cum monasterium lib. 2. sed ea ratio est, quia si laicus est peritus, non est in eo necessaria probatio habitus clericalis: fed quicumque si peritus clericus in regula monachali, adhuc eget probatione habitus monachalis, in quo + habitus monachalis constitit. Jo. *e* Per tres menses, arg. extra 1. de ætat. & qualit. *Præterea*, & in auth. de sanctissimis Episcopis, §. 2. *f* Dicitur ergo electio canonica, licet fiat ab his, qui sunt excommunicati minori excommunicatione, qua minor excommunicatione tantum privat a sacramentis, sup. de except. *A nobis*, lib. 3. sed nonne tales removentur a legitimis actibus, scilicet a testimonio, & accusatione; cum sint in crimen constituti? ut sup. de restit. *Super eo*, lib. 1. sic ergo a temporalibus & legitimis arg. qui fil. sunt legit. *Per venerabilem*; sed non est simile, quia eligendo jus suum prosequitur, & nullus criminosus removetur a persecutione sui juris, 4. q. 6. *Omnibus*, nam & in aliis spiritualibus actibus vides, quod licet clericus sit suspensus quoad se, non tamen quoad alios, 1. q. 1. *Sacerdotes*. Item quia excommunicatione non transit ad tertiam personam, unde non contaminatur per secundam electa. Item quia periculosem esset hoc ecclesiæ, quia pauci inveniuntur sine mortali, 50. dist. *Quia tua*, & sic omnes electiones periculose essent. Sed quid si ipse clericus * est minori excommunicatione notatus, numquid cassabitur ejus electio? non videtur, quia Iсаias adhuc peccator fuit electus ad prædicandum, 81. q. 1. *In scripturis*, & Ezechiel, dist. 50. *Quid est*, & si aliquis recipiat ordinem, qui est in crimen non enormi, affectionem ordinis retinet, 68. dist. *Sicut*. Ad idem facit, sup. de constit. *Sicut*, lib. 3. sup.

* electus,
forte.

consilio quorundam juris peritorum adierunt patrem ipsius humiliter postulantes, quod filium suum induceret, ut habitum susciperet monachalem, nullam patri de ipsius promotione fiduciam tribuentes; & pater ad hoc induxit filium discreturn, providum, litteratum, & xxv. annorum ætatis, qui monachus est effectus, nulla spe, ut assenserit, de sublimatione tributa; sed die, in quo monachus est effectus, fuit in Abbatē electus, cuius electio fuit per dil. fil. n. G. de Bab. (6) subdiacnum nostrum, Rectorem Messanæ A. S. L. qui in omnibus prædictis interfuit, confirmata. Cum autem idem sit paratus purgare se, quia nulla fuit ad hoc ambitione inductus, per litteras nostras postulas edoceri, utrum dictus Legatus potuit hujusmodi electionem confirmare, vel dispensare; ut quod factum est, stare possit; & utrum electione rite cassata iterum valeat eligi in Abbatem. Nos autem conf. t. taliter respondemus, quod licet ex his, quæ in continentis (*d*) subsecuta sunt, ostendatur, quod talis taliter eligi non possit in Abbatem, maxime cum ex eo, quod antequam esset discipulus, voluit esse magister, electionem illam irritam esse decernimus, & inanem. Verum postquam fuerit in regula competenter (*e*) instructus, si urgens necesitas, & evidens utilitas ipsius monasterii postulaverit, purgatione recepta poterit in Abbatem assumi, ne monasterium opprimatur incurisibus malignorum.

C A P U T V.

Idem.

Illa quotidiana instantia, & infra. Pro certo di- e. 39. eod. I dicimus electionem de ipso factam canoniam (*f*) existisse, ipsam auctoritate Ap. duximus

mus

mus confirmandam supplentes de plenitudine protestatis, si quis in ea ex eo fuisset defectus, quod quidam interfuerunt electioni ejusdem [1], qui ex sola participatione in simplicis excommunicacionis laqueum inciderunt.

C A P U T VI.

Idem magistro Maximo notario.

c. 40. eod.

Scriptum est in Apocalipsi Joann. quod in medio sedis, & in circuitu sedis erant quattuor animalia &c. & infra. Sane ad hanc ecclesiam scilicet Constantinopolitanam duo animalia sunt vocata, utinam plena oculis, & alas habentia senas, videlicet v. fr. n. Heraclien. Archiepiscopus & dilectus fil. Plebanus S. Pauli de Veneribus, sicut per procuratores tam postulantum Archiepiscopum, quam eligentium Plebanum fuit propositum coram nobis, & infra. Verum quia de his, quae per assertionem partium in judicium deducta fuerant, nobis non potuit fieri plena fides, quamvis super his, quae de numero dicta sunt postulantum, per quoddam publicum instrumentum, nec non confessionalem procuratoris partis adversae in judicio quidem factam, sed postea revocatam (a), pars altera adserit (2), suam intentionem esse fundatam; causam dis. taliter duximus committendam, per A. sed. mand. quat. super his, & aliis inquiras diligentissime veritatem de meritis electi, & postulati apud Venetias, ubi nati fuerunt (b), & diutius conversati, de studiis autem eligentium & postulantum, & omnibus generaliter quae causam possunt (3) instruere, apud Constantinopolim, ubi hujusmodi postulatio, & electio celebrata fuerint, et si partes consenserint, procedas hoc modo; ut si constiterit de mutuo convenisse consensu, quod ad electionem Patriarchae VIII. (4) admitterentur praepositi, sive per se ipsos, sive per alios (c) & duo alii ex parte universitatis, pro certis conventionalium ecclesiarum praelatis, totque tunc temporis conventionales ecclesias habuisse praelatos, quod cum vii. præpositis, & ix. canoniciis, quos quidem canonicos constat in postulacione prædicti (5) Archiepiscopi convenisse, duplo majorem facerent numerum, quam xvi. electores plebani, tu vice nostra postulationem admittas,

Tom. II.

(1) *Eidem.* (2) *Affereret.* (3) *Possent.*[4] *Septem.*

sup. de tempor. ordin. cap. 2. lib. 3. sed contrar. 11. dist. cap. 1. 71. dist. *Cunctis qui ord. Jo.*
 a Sine aliquo intervallo, ut extra de test. cog. cap. ult. b Sic sup. de præsumpt. *Quosdam*, & sup. de electi.
Postquam, lib. 1. c Qualiter aliquis per procuratores possit eligere, dicam infra eod. *Quia*. Joann.
 d Hic habes, quod semper electores præferuntur postulantibus, nisi duplo plures sint in postulatione. Sed videtur, quod minima pars eligentium præferenda sit quamquam * magna parti postulantum: quia postulantes soli gratia innituntur, & non juri, ut supra de postulat. *Bone*. Sed eligentes, & electus juri innituntur. Resp. non sequitur, nam patronus laicus in præsentando soli gratia innititur, ut 16. q. 7. *De trinitatis* *, * decernimus unde gratia sit postulato, si admittatur; injuria sit, si expellatur. D. de aqua cotid. & astiv. L. penult. ideo autem statutum hic judicio duarum partium, quia quod duas partes faciunt, universitas facit, supra de elect. Cum nobis, lib. 3. & secundum hanc decretalem intellige, quod dicit decretalis: „quod in magna discordia non conservetur admitti postulatio“ supra de postul. *Bone*, lib. 3. Item aliud notabis, quod cum in electione major numerus sit ex una parte, quam ex altera, non habetur respectus ad merita personæ, vel ad zelum eligentium, ut supra eod. *Dudum*, lib. 3. & supra de appellat. *Constitutus*. Sed si numerus canonicorum excederet in modico, tunc curreretur ad meritum, & ad zelum, supra de testibus, *In nostra*. De hac materia nota. plene, 63. dist. c. ult. e Quia tamen per ignorantiam est electa. f Id est, ex certa scientia, ut sup. eod. *Innotuit*, lib. 3. sed qualiter potuit iste prælatus esse dignus Archiepiscopatu, & indignus Patriarchatu, & tunc a Papa judicatus fuit dignus, cum confirmavit eum in Archiepiscopum, quia deuenio judicat de moribus suis? contra illud, 17. q. 4. §. Qui autem, infra de ætat. & qualit. *Accipimus*. Resp. quia licet inquiri de indigitate superveniente postea: vel dic, quod licet dispensatum fuerit cum eo in minori dignitate, non tamen in majori, ut 12. dist. *Confuetudinem*. g Dicitur autem illa pars potior, quae majori ratione nititur, ut 40. dist. *Multi*, in fine. Illa tamen ratio non habet locum, ubi numerus longe major est ex una parte, quam ex alia, ut dixi supra cap. pro-

nisi probatum fuerit postulatio aliquid obviare de canonicis institutis, quod promotionem ipsius debat impedire; ac plebani electione cassata, ipsum Archiepiscopum absolvias vinculo, quo Heraclien. ecclesiam tenetur, concedendo ipsum Constantinopol. ecclesiam in pastorem. Quod si ad faciendum duplo majorem numerum, simul omnes prædicti minime sufficerint, sive dignus, sive indignus sit postulatus, tu postulatione repulsa, electionem plebani auctoritate nostra confirmes, dummodo nihil obstat eidem, quod ipsum tanto præsulatu reddat indignum. Si vero numerus postulantum inventus fuerit duplo [d] major, quemadmodum est prædictum, & persona postulata reperta fuerit indigna [e], turam postulationem, quam electionem non differas reprobare, nisi forsitan omnis, aut major pars postulantum præsumptione (f) damnabili postularint indignum, ut hac vice merito debeat eligendi, seu postalandi potestate privari, & hoc quoque casu electionem confirmes, si de persona idonea constituerit celebrata.

C A P U T VII.

Idem Atrebaten. Episcopo. O' Abbat. S. Bernun. [6] Morien. diœc. O' S. Vallib. canonico Laudun.

Ad nostram præsentiam accedentes dil. fil. Præpositus, Archid. & quidam alii canonicci Ambianen. in auditorio nostro proponere curaverunt, quod cum eorum ecclesia tuo esset desituta pastore, & capitulum ecclesiam ejusdem tractaturum de substitutione Pontificis convenisset, compromiserunt in tres unanimi voluntate, qui præstito juramento singulorum inquirerent voluntates, & eum, in quem senior pars capituli conveniret ab eis eligendum, in Pontificem nominarent, & omnes tenetentur ipsum recipere ap. post. in pastorem, quem illi decernerent eligendum, quibus etiam interpretari concesserant, que pars esset potior nominanda (g). Cum ergo ipsi arbitri voluntates canonicor. omnium quæsivissent, ei, ad cuius spectabat officium, præceperunt, ut Decanum ejusdem ecclesiam ipsi in patrem eligerent, & pastorem. Verum, quia compromissio ipsa (7) impositione juramenti fuit firmata, qui-

I i i i

[5] *Præfati.* (6) *Bertini.* (7) *Illa.*

dam

618 Collectionis Quartæ Decretal.

dam eorum in eundem consenserunt expresse, sed ipsi Cancellarius, & Cantor ejusdem ecclesiæ, ac quidam alii distulerunt adhibere consensum, pro eo quod dictus Decanus esset impotens evidenter ad Episcopale officium exercendum, cum de ipsius non posset valetudine dubitari. Unde cum instantia industias a suis canoniciis postularunt, ut Ap. sed. consulerent, an ratione praefiti juramenti eundem Decanum tam imbecillum, & confratrum senio recipere tenerentur, vel ab eo possent licite dissentire, religione juramenti praefiti non obstante, & infra. Nos igitur his, & aliis diligenter auditis, quæ partes coram nobis proponere voluerunt, de communī consilio fr. nostrorum ita duximus providendum dis. v. per Ap. sed. m. quatenus, quia debilitas corporis, quæ contra dictum electum opponitur, cum in ceteris sufficiens reputetur, per ipam (a) inspectionem oculata fide potest melius comprehendendi: vos, quibus in hac parte vices nostras committimus, cum de vestrae dis. pru. plurimum confidamus, adhuc iterum ad majorem cautelā faciatis vobis eundem electum praesentari, & eum habentes præ oculis, inspiciat diligenter in eo circumstantias universas: & nisi eum videritis tanta debilitate gravatum, ut Episcopale officium non valeat exercere, vos omni ap. ces. Metropolitano suo firmiter injungatis, ut eum non differat consecrare. Quod si tanta debilitate laborat, ut ad Pontificale offi-

cium exequendum impotens habeatur, faciat illum auctoritate nostra cessare.

C A P U T VIII.

Idem in conc. Later. const. XXIII. [1]

NE pro defectu pastoris gregem dominicum (c. 41. eod.) lupus rapax invadat, aut in facultatibus suis ecclesia vidiata grave dispendium patiatur, volentes in hoc & occurtere periculis animalium, & ecclesiarum indemnitatibus providere, statuimus, ut ultra tres menses cathedralis (b) ecclesia, vel regularis (c) prælato non vacet, intra quos justo impedimento (d) cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea (e) vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dignoscitur, devolvatur; is vero, ad quem fuerit devoluta potestas, Deum præ oculis habens, non differat ultra tres menses cum consilio capituli sui, & aliorum virorum prudentium vidiuatam ecclesiam de persona idonea ipsius (f) quidem ecclesiæ, vel alterius, si dignus non reperiatur in illa canonice ordinare, si canonicam voluerit effugere ultionem.

C A P U T IX.

Idem in codem const. XXIV. [2]

QUia propter diversas formas electionum, c. 42. eod. quas quidam invenire conantur, & multa impedimenta proveniunt, & magna pericula immittent.

(2) XXIII.

(1) XXII.
proximo. Joan. a Nota, quod per aspectum corporis probatur conveniens ætas regimini: item per aspetum probatur virginitas, 27. q. 1. *Nec aliqua*. Item pubertas, supra de despōns. impub. *Manifestum*, lib. 2. Item atrox injuria, ut D. de pénis l. 2. Item suspectus, qui fuerit in ædificio *. C. de administr. tur. *Lex*, in fine. Item fines agrorum, & Episcopatum, ut 16. q. 4. *Inter. D. finium reg. I. Si irruptione*. Item ætas, quantum ad petendam restitutionem. D. de minor. *Minor aspectu*, & melius probatur res oculata fide, quam per aures, ut inst. de gradibus §. *Item confobrini*. Sed in liberatione a tutela reprobatur aspectus corporis. D. quando tutor, vel curator, esse desinat, *Indecorum*. Item habes hic, quod senectus impedit promovendum, 86. dist. *Florentini*. Sed non dicit promotum, 7. q. 1. *Petifli*, & videtur, quod ætas septuagenaria repellit ab electione sicut a tutela, ut C. qui ætate. L. un. sicut ab aliis civilibus maneribus D. de vacat. innuer. *Majores*, & 4. q. 3. *Multa* †, vel etiam sexagenaria, sicut repellit ab operatione filiorum carnalium, ut D. de adopt. *Si patet*. §. primo, ergo & spiritualium. Sed hic non respicitur ætas, sed potius corporis debilitas. Joann.

*** Officio forte.**
In cathedrali idem fuit secundum antiqua jura, ut 50. dist. *Postquam*. Et alii tres dantur ad consecrationem petendam, ut 100. dist. *Contra mor. mon.* Sic videtur, quod canon Lateranensis hodie non * extenditur ad regulares prælaturas: cum Episcopatus, & regulares prælaturæ hic æquiparentur, & secundum hoc interpretanda est decretalis extr. 3. de conc. præbend. non vac. *Dilectus*. Quidam tamen dicunt illam decretalem corrigi per hanc, quæ hic sequitur. *d* Ita patet, quod non currit præscriptio contra canonicos, si ex causa differant electionem, ut 28. dist. *De Syracusane*, & 61. dist. *Bene*, & extr. 3. de concil. præb. non vacant, *Quoniam diversitatem*. C. de inoffic. test. *Contra*, D. ex quibus caus. maiores. L. *Quod quidam. Jo.*

e Qualiter illud verbum exponatur, consuevit notari extr. 3. eod. tit. Cum Wintoniensis.

f Hic præcipitur metropolitano, ut de eadem ecclesia eligat. Sed nonne ad metropolitanum devolvitur idem jus, quod habuit capitulum? sed capitulum poterat elegisse extraneum, ut extr. 3. de elect. *Cum nobis*, ergo & metropolitanus. Ego credo, quod capitulum non potest de jure eligere alium, quamdiu est dignus inter eos, ut hic pater, & 61. dist. *Obitum*, & cap. *Nullus*, & 18. q. 2. *Quam sit*. Si tamen omnes conveniunt in extraneum, tenet electio, licet ipsi peccaverint eligendo; tamen propter tale delictum non cassatur electio, quemadmodum si omnes, vel major pars eligerent minus idoneum, cum tamen inveniretur ibi magis idoneus; licet delinquerent in eligendo, tamen teneret electio, ut extr. 3. eod. *Dudum*. Si tamen duo ex eis eligerent de eadem ecclesia, & omnes alii de altera; hic crederem prævalere electionem paucorum, quia cum isti justiori ratione moveantur, pars eorum major dicitur, ut 40. dist. *Multi*, in fine, & arg. 31. dist. *Nicena*, & 4. q. 3. §. 2. & extr. 1. de his, quæ sunt a maj. part. cap. c. un. nec obstat extr. 3. eod. *Cum nobis*, & *Cum inter*, quia ibi nullus ex altera parte fuit electus. Sed quid si omnes præter unum consentiant in extraneum? certum est, quod ille se non potest eligere, ut extr. 3. de jure patron. *Per vestras*, nec etiam alium ex capitulo suo, quia quilibet eorum consensit in extraneum. Ergo ille, quem elegerant, non posset consentire in se ipsum, quia in duos non potest quis consentire. Sed ad hoc, ut teneat electio, oportet, ut in se consentiat, ut extrav. 3. de elect. *Cum inter*, in fine, & sic patet hic, quod jus universitatis non consistit hic in uno, licet possit consistere in duabus, quod concedo: unde si omnes canonici mortui essent præter unum, extincta esset universitas, ut probatur 65. dist. *Si forte*, & supra eod. *Bona*, & D. de legat. 1. *Si gregi*, nec obstat D. quod enijsque universitatis, *Sicut*, ubi dicitur, quod nomen universitatis fiat in uno. Hoc verum est, quantum ad hoc, quod convenire, & conveniri potest nomine universitatis. Sed obicitur, quare dicitur hic, quod metropolitanus eligeret de eadem ecclesia, cum omnes isti ex delicto suo perdidissent juri eligendi? Resp. perdidissent juri eligendi active, sed non passive. Sed si deliquerint in eligendo, tunc perdidissent active, & passive, id est, quod nec eligere neque eligi possent, cum sit quilibet suspensus a beneficio, ut extr.

uent ecclesiis viduatis (a), statuimus, ut cum electio fuerit celebranda, praesentibus omnibus, qui debent, & volunt [b], & possunt commode interesse, assumantur tres de collegio (c) digni fide, qui secreto [d], & sigillatim vota cunctorum exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communione, nullo prorsus obstaculo (e) appellationis interjecto; ut is collatione (f) habita eligatur, in quem omnes, vel major, vel senior pars consentit, vel saltem eligendi potest aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium viduatae ecclesiae provideant de pastore, vel electio facta non valeat, nisi forte communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem absque vitio celebrata. Qui vero contra prescriptas (g) formas eligere at-

temptaverint, eligendi ea vice potestate priventur. Illud autem penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio procuratorem constitutat, nisi sit absens in loco (h), de quo debeat advocari, juxtoque impedimento detenus venire; non possit; super quo si opus fuerit, fidem faciat jumento, & tunc si voluerit (k), uni committat de collegio ipso vicem suam. Electiones quoque clandestinas (l) reprobamus, statuentes, ut qualiter electio fuerit celebrata, sollemiter publicetur.

C A P U T X.

Idem in eod. const. XXV.

Quisquis electioni de se factae per secularis c. 43. eod. potestatis abusum, consentire presumperit contra canonicam libertatem & electionis

extr. 1. de elect. Cum in cunctis. Joann.

* Per hoc patet, quod loquitor tantum de electione praefatorum *, non canonorum. Sed numquid extenditur istud ad omnes dignitates, & ad diaconatus, & praepositus, sic ad omnes, quae non sunt cathedrales? Sed in cathedralibus non videtur, quia illa non dicitur viduata, cum habeat Episcopum. Videtur tamen tantum ad Episcopatus, & ad regulares praefaturas debere attari, ut supra eod. *Ne pro defectu*, Joann. *b* Extra 3. eod. *Cum inter.* Nonne hic videretur dari occasio discordia? cum facilius sit concordari in unam personam, sive convenienter, quam in tres? & si canonici discordant in eligendo istos tres, a quo * inquiretur de votis, & zelo, & numero eligentium, sicut in electione Episcopi? Præterea si illi tres electi nominant unam personam, adhuc supereft vetus quæstio, an illa pars, qua illam nominavit, sit major, seniorque, & sic eadem restat quæstio, ac si ipsimet elegissent, & tum major circuitus? Ad hoc dico, quod hæc est causa statuti, quia quidam timore, vel favore non ita cito nominarent aliquem in publico, sicut occulite. Item alia ratione, quia consueverunt aliqui quandoque eligere, & statim appellare, ne alter eligeretur; & volebant, quod post talen electionem non castigari, non procederetur ad alterum, ut extr. 1. de elect. *Consideravimus*. Tali discordia, sive cavillationi modus est janua præcluza. Joann.

d Forte per juramentum, ut supra eod. *Ad nostram.*

e Cum non habeat ante locum appellatio, ergo consensus talis non potest variari ante publicationem, nec post. arg. contrar. supra eod. *Cum inter.* in fine.

f Ut videatur, quae pars sit major, non intelligas de collatione numeri cum zelo, vel cum numero clericorum; quia illa collatio non fit, nisi ubi in modo excedit numerus unus alium, ut dixi supra eod. *Bonæ.*

g Sed quid si commissum esset uni tantum? hoc esset contra formam. Sed quid si aliquid esset additum huic formæ? nec illud esset contra, quia qui plus facit, non facit contra D. de servit. urban. prædiorum, *Si arborem,*

h Sed quis est locus ille, a quo deberet evocari? si sunt ita remoti, sicut est a Capua usque ad Panormum, non vocantur, ut extr. 3. eod. *Cum inter.* Sed a tanto loco, quantum est a Mediolano usque ad Januam, vocantur, ut 63. dist. *Quantum.* Dico, quod unde possunt commode vocari, inde sunt vocandi, ut extr. 3. de elect. *Quod scit.* Si quæras, quis locus dicatur commodus? Resp. ille qui est ultra * duas diætas extra diæcesim, ut sup. de relcr. *Nonnulli*, vel dic, quod ille locus dicitur comodus, qui est a Roma usque ad finem Italiam, ut infra eod. *Nihil est.* Vè dic, quod in talibus consideranda est consuetudo ecclesiarum, ut extra 3. eod. *Cum inter.* Unde quandoque inventimus absentes non esse vocandos, ut extra 3. de sent. & re jud. cap. 2. & varie loquuntur iura de illa materia, prout notavi 7. q. 1. *Factus.* Sed hæc quæstio solvit sup. eod. cap. 1. Joann. *i* Sed quare citantur, si non possunt venire? Videtur, quod dicta electio facta eis absentibus deberet tenere. Resp. non est verum, quia semper citandi sunt, sive non possint, sive noluerint interesse; dum tamen sine periculo possint citari, ut extr. 3. eod. *Quod scit.* & intelligo illum non posse venire, qui propter timorem, quem habet in civitate, non potest venire, ut extra 2. eod. *Bonæ memorie,* & cap. *Magister* *, vel etiam propter ægritudinem non potest interesse, ut 5. q. 3. *Si ægrotans,* vel si vocatur ad maius tribunal, ut D. de re jud. *Contra*, sed numquid procurator iste habebit duplicitem vocem in electione? videtur, quod sic, ut extra 3. de sentent. excomm. c. 2. in principio, & extra 3. eod. *In causis,* si enim sua vox non numeraretur pro duabus, quid proficeret ei committere vices, ex quo non augeret numerum, alioquin sequeretur inconveniens, si omnes canonici præter unus committerent alicui vices suas, & ille unus committeret alii vices suas: quod tantum valeret vox illius, qui receperit vices unius, sicut qui receperit vices omnium. Præterea si illius vox non valeret voces plurium, eadem ratione si unus committeret vices suas pluribus, illorum plurium voces plus valerent, quam vox unius, quod patet falsum, ut infra eod. *Litteræ*, extra 3. de refcr. *Pastoralis.* D. de conduct. & demonstr. *Cui fundus.* Sed certe hoc dicto videtur sequi in conveniens, quia & si aliquis centiens exprimeret hæc verba: „consentio in istum“, cum non esset ibi, nisi si unicus consensus, ergo esset tantum una electio. Præterea quare statutum electioni majoris partis, nisi quia per plures melius veritas disquiritur, quam per pauciores, ut 64. dist. c. *Extra*, C. de fideic. h ult. extr. 2. de off. del. *Prudentiam.* Sed certum est, quod si unus gerit vicem unius tantum, & alter gerat aliorum omnium vicem, non melius inquiritur veritas per illum, qui vice omnium, quam per illum, qui vice unius cognoscit, si sunt æque discreti; & sic nec zelus, nec ratio potius facit unam electionem tenere, quam alteram. Ad hoc dico, quod si taliter est constitutus procurator, qui exprimat consensum absentis circa aliquam personam, planum est, nec iste tunc est verus procurator, sed nuntius, quod si aliter committit sibi vices suas, ut quidquid fecerit, ratum habeat; in eo casu non est intelligibile, qualiter per unam animam possit exprimere plures consensus, si enim dices sic exprimi plures consensus primo dicendo, *consentio in talen nomine meo;* & secundo dicendo, *consentio in eum nomine illius, qui mihi delegavit;* & sic simul, & semel consentiret in diversos, quod est impossibile; tamen licet subtilitas refragetur, potest secundum pingue intellectum dici, ex quo unus gerit vicem plurium, quam alter, quod prævaleret electio illius. Eadem objectio potest fieri, si unus judex committit alii vicem suam, & est arg. ad hoc. D. de assign. libert. l. 1. in fine, & l. sequenti, & D. de operis libert. *Si libertus*, in fine. Joann. *k* Sed quid si nullus vult recipere vices ejus, cum ad hoc non posset cogi, numquid si alii committeret, teneret electio? non, quia auctoritate hujus canonis potest committere, & ille tenetur recipere, sicuti habetur, sup. eod. tit. *Scriptum est.*

l Quæ fiant per secreta conventicula, ut 79. dist. cap. 2.

* Episcopo-
runa.

* Aequa.

* Magistrum,
al.

* De probat.
al.

620 Collectionis Quartæ Decretal.

commodo caret, & ineligibilis (*a*) fiat, nec absque dispensatione ad aliquam valeat eligi potest: quinimo qui electionem hujusmodi, quam irritam esse censemus, præsumperint celebrare, ab officiis, & beneficiis suspendantur, eligendi tunc potestate privati.

C A P U T . XI.

Idem in eod. const. XXVI.

e. 44. eod.

Nihil est, quod ecclesiæ Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo necessariam adhibere medelam, inrefragabili constitutione sancimus, quatenus cum quisquam ad regimen animarum fuerit electus, is, ad quem pertinet confirmation, diligenter examinet & electionis processum, & personam electi, ut cum omnia rite concurrerint, munus ei confirmationis impendat, quia si secus fuerit incaute præsumptum, non solum decidendus est indigne promotus, verum etiam indigne promovens puniendus, ipsumque decrevimus hac animadversione puniri ut cum de ipsius consisterit negligentia, maxime si hominem insufficientis scientiæ, vel in honestæ vita, aut ætatis illegitimæ approbaverit, non solum confirmandi primum successorem illius caret *b*) potestate, verum etiam ne aliquo casu poenam effugiat, a perceptione proprii beneficii suspendatur, quounque si æquum fuerit, indulgentiam valeat promerer; si vero convictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, graviori subjaceat ultio. Episcopi quoque tales ad sacros ordines, & ecclesiasticas dignitates promovere procurent, qui commissum officium sibi digne valeant adimi-

plere, si canonicam ipsi cupiunt, effugere ultionem. Ceterum qui ad Romanum perirent immediate Pontificem, ad percipiendum sui confirmationem officii, ejus se conspectui, si commode potest fieri, personaliter repræsentent, aut personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super electionibus & electis possit haberi, ut sic demum per ipsius circumspectionem sui plenitudinem officii alsequantur, cum eis obliterit de canonicis institutis, ita quod interim valde remoti, videlicet ultra Italiam [*c*] constituti, si electi fuerint in concordiam, dispensative propter necessitates ecclesiistarum & utilitates in spiritualibus, & temporalibus administrent (*d*), sic tamen, ut de rebus ecclesiasticis nihil penitus alienent: munus vero benedictionis, seu consecrat. recipient, sicut haec tenus recipere consueverunt.

T I T U L U S . IV. DE USU, ET ACTIONE (*i*) PALLII.

C A P U T . I.

Idem.

CUM sis in partibus remotissimis, gratum ge- c. 6. de aust. remus, & acceptum, quod in actibus tuis & usu palli. quotiescumque scrupulus dubitationis emergit & c. 5. de consec. eccl. & infra. Noveris igitur, quod ubi expicit necessitas [*e*], & plura in una ecclesia altaria, & plures Episcopos simul poteris consecrare; & ubicumque [*f*] fueris, in celebratione missarum constitutus, diebus solemnibus usum pallii, per quod plenitudo Pontificis designatur, liberi- us exercere.

TI.

[1] Acceptio, forte,

a Propter hoc verbum *Fiat*, quod est futuri temporis, videtur, quod non ipso jure, sed per sententiam fiat suspensus, & facit ad hoc extr. 1. de jure patr. *Præterea*. Videtur ramen ex eo, quod sequitur, *Ipsò jure &c.* quod ipso jure sit suspensus, & per id, quod legitur 16. q. 7. *Si quis deinceps*, tamen per illum canonem, *Si quis deinceps*, non est suspensus, nisi quousque penitet, & qui sic est suspensus, sicut per suum factum suspenditur, sic per actionem contrariam restituitur, ut 15. q. 6. *Nos sanctorum*, & 81. dist. *Si quis amodo*. Sed numquid Episcopus poterit dispensare circa tales? satis credo, quod sic, ex eo, quod sibi legislator non referavit dispensationem, ut extra 3. de sent. excomm. *Nuper*, maxime cum hoc delictum sit minus adulterio, extr. 1. de judic. *At sic leris*, Joann.

* *Promo-*
vent.

* *Quando-*
que.

b Variaz poenæ statuuntur a canonibus circa illos, qui illicite promoventur *, vel etiam indigos promovent, quoniam * inveniuntur, quod privantur potestate conferendi illum ordinem, quem illicite contulerunt, ut 1. q. 1. *Si qui Episcopi*, 36. dist. *Qui ecclesiasticis*, & 50. dist. *Ex poenitentibus*, quandoque suspenditur a celebrazione missæ per annum, ut 55. dist. *Nullus*, quandoque deponitur, ut 64. dist. cap. ult. & 51. dist. cap. 1. Hic autem statutur poena circa illos, qui indigos beneficiant.

c Licet fines Italæ non ubique distant a Rôma æqualiter: tamen omnes dicuntur hic valde remoti. Quandoque dicuntur remoti ultra duas diætas extra diœcensem, sup. de rescript. *Nonnulli*, & sic propter distantiam statutur aliquid, quod alias illicitum esset, sic 62. dist. *Cum longe*, & extr. 3. de dolo, & contum. cap. ult.

d In tribus reperio, quod ex sola electione habetur jus administrandi. In exemptis, qui sunt ultra Italiam, ut hic; & in Archiepiscopis transmontanis, ut extra 3. de elect. *Quia si ut*, & in Romano Pontifice, ut 23. dist. *In nomine*. Sed quid si suffraganeus aliquis valde remotus est a suo metropolitano, numquid ea modo ratione remotionis poterit ministrare? Videtur, quod sic, ne si nimia subtilitate circa res ecclesiistarum laboremus, res ipsarum in medio depereant, ut C. de verborum significat. *Cum quidam*, circa finem, & sic ista subtilitas eis in perniciem verteretur, ut C. ad Trebellianum, L. penult. Secus tamen videtur, quia cum istud hic dispensativa statuatur, ut his dicitur, dispensatio non est trahenda ad similia, ut extr. 2. de sentent. & re jud. *In causis*, 56. dist. *Cenonianensem*, nec excusat hic periculum aliquod, ut extr. 3. de major. & observ. cap. 1. Sed pone, quod ille, qui sic administrat, postea tempore confirmationis, cum non reperitur idoneus, cassatur eius electio, numquid ea, que medio tempore fecit, cassanda sunt? videtur, quod sic, extr. 1. de heretic. *Fraternitatis*, 12. q. 2. *Alienaciones*, 24. dist. cap. ult. arg. contrar. extra 1. de jure patron. *Ex litteris*, extra 3. de elect. *Querelam*, 3. q. 7. §. *Verum*, in principio. D. de procurat. *Si procuratorem*, in fine. Dico, quod quidquid fecit circa spiritualia, illud ratum habebitur. Similiter quidquid in temporalibus fecit recipiendo, non aurem dando, ut D. si certum petatur, *Eius qui*, & 1. q. 1. *Si qui a simoniacis*, & hoc innuitur hic. Jo.

e Alias contra, licet quidam dixerit, quod consecrato majori altari essent omnia alia consecrata, si dixit demonstretur, argum. D. de adquir. poss. *Quod meo*, §. *Si venditorem*, C. de natur. liber. *Si quis habens*, & authent. *Ibi pos*. Jo.

f Hic videtur, quod Archiepiscopus ultra provinciam possit uti pallio, ubicumque fuerit, sicut Proconsul suis insigniis ubique utitur, ut D. de offic. Procons. 1. i. sed contra sup. eod. *Cum super*, lib. 2. Item contrar. sup. eod. *Ex tuarum*, lib. 3. sed exponas istud secundum per illud, scilicet ut possit habere extra provinciam si ei permittatur a diœcesano, Jo.

TITULUS V.
DE RENUNTIATIONE.
CAPUT I.

Idem in conc. Lat. conf. XXVIII.

cap. 12. de renunt. **Q**uidam cedendi licentia cum instantia (a)

postulantes, ea obtenta cedere prætermittunt. Sed cum in postulatione cessionis hujusmodi aut ecclesiarum commoda, quibus præsunt, aut salutem videantur propriam attendisse, quorum neutrum suasionibus aliquorum quærentium, quæ sunt sua, seu etiam levitate qualibet nolumus impediri, eos ad cedendum decernimus compellendos (b).

TITULUS VI.
DE SUPPLENDIA NEGLIGENTIA
PRÆLATORUM.
CAPUT I.

Idem.

cap. 3. de suppl. negl. **L**IET dilecti filii magistri Hug. Archiep. de

H. & R. de S. Cademundo super Arc. de Ric. lirigarunt diutius coram nobis, tamen postmodum auribus nostris est intimatum, quod neutri eorum de jure competenter, utpote qui neutri fuerat concessus in tempore (1) in Lat. conc. definitum. Ne igitur jus nostrum negligere videamus, quod alios in sua justitia confovemus; dis. v. per Ap. s. m. quatenus convocatis eisdem, ut proponant, si quid contra (2) duxerint proponendum, inquiratis diligentius veritatem, & si vobis constiterit Archid. illum vacasse per annum, tempore tamen semestri, quo vel ad Archiepiscopum vel ad capitulum donatio pertinebat, non a vaccinatione, sed a notitia (c) computato, cum pro eo quod Eborac. alium non haber superiorum, ex tunc fuerit ad nos donatio devoluta; utique super eo sublato ap. ob. silentium imponatis (d) Archidiaconatum ad nostram speclare donationem, publice denuntiantes, decernentes irritum, & inane, si quid in eo quisquam præsumperit postmodum ordinare.

CAPUT II.

*Idem magistro P. de castro, & R. monachis
Fonris Frigid. & S. L. (3)*

c. 4. eod. **P**ER (4) litteras vestras dis. accepimus, & infra. Quod in quibuldam ecclesiis legationi vestras subjectis quædam beneficia, & dignitates tanto tempore vacassent, quod tam prælati, quam

(1) *Infra tempus.* (2) *Quod e contra.*

(3) *Al. deest: forte, Ap. S. L. [4] Al. deest.*

(5) *Quam.* (6) *Idonien.*

capitula secundum tenorem Later. con. essent jure instituendi privati, postquam vester adventus innotuit, in beneficiis illis personas minus idoneas instituere præsumperunt; unde cum reperitis consilium a viris peritis, ut tales institutiones ab his, quorum non intererat, & qui propria culpa jure instituendi se privaverant, factas auctoritate Ap. casilaretis, nostrum prius in hoc decrevisti consilium habere. Nos igitur inquisitioni vestrae taliter respondemus per Ap. s. mand. quatenus, si beneficia, vel dignitates ipsas noveritis personis idoneis assignatas, ea de patientia (e) permit-tatis ab ipsis pacifice possideri; alioquin personas ipsas amoventes prorsus ab ipsis, eadem personis idoneis auctoritate nostra suffulti, non differatis, quanto (f) citius ordinare.

TITULUS VII.
DE TEMPORIBUS ORDINANDORUM.
CAPUT I.

Idem de Leomen. (6) & Sabbarien. Abbatibus.

Dilectus fil. W. Imolen. canonicus nostro du-dum Apostolatui referavit, quod Imolen. ecclesia suo viduata pastore, concanonici sui de substituendi pastoris electione tractantes, ipsum unanimiter elegerunt; qui cum esset infra (7) sacros ordines constitutus, ven. fr. n. Archiepiscopus Casalen. metropolitanus eorum Episcopo Trecen. mandavit, ut eum uno, & eodem (8) die ad tres sacros ordines promoveret; quod ille non a-su proprio, sed ipsis Archiepiscopi mandato perfecit &c. & infra. Cum igitur nobis constiterit supradictum Episcopum in pluribus deliquisse, tum quia sine mandato Archiepiscopi, sicut ipse confessus extitit, ad hujusmodi ordinationem inordi-nare processit; tum quia & si de Archiepiscopi mandato constaret, cum illi hujusmodi dispensatio a canone minime sit permissa, quoniam (9) ad solum (f) Rom. Pontificem non est dubium pertinere, ipsis obtemperare non debuerit (10) in hac parte; tum etiam quia reatu (11) perjurii sa-pius variavit (g) jurando prius, quod Archiepiscopus id præceperat; & postea, quod illud non mandaverat in judicio confitendo, ipsum de fra-trum nostrorum con-tam diu ab ordinandi suspendimus potestate, donec nostram (12) merue-rit obtinere.

TI.

(7) *Circa.* (8) *Eodemque.* (9) *Quam.*

(10) *Debuit.* (11) *Reatum.*

(12) *Nostram gratiam,* Gregor. IX.

a. Ex eo, quod perseverant in petendo, magis præsumitur contra eos, ut de pœnit. dist. 1. *Divortium.* C. ad Vell. *Si mulier, in fine.* D. de quæst. l. 1. §. *Divus.*

b Nota, quod aliquis cogit renuntiare eo ipso, quod petit instanter, ut liceat ei cedere. Secundum le-ges tamen re integra recuperantur bona, quibus quis cessit, ut D. de cess. bonor. Is, qui. Sed hoc ideo est, ne illudatur Papæ, sicut vides, quod cum postulatio præsentata est Papæ, quod non potest ab ea recedi, ne sic illudatur, ut extr. 3. de postul. *Bone. Jo.* c Hic optime habes, quod a tempore scientiæ computatur tempus præfixum electioni, sic sup. de concil. præbend; non vac. *Quoniam,* & ex parte, lib. 3. argum. tamen est, quod currit hoc a tempore, quo scire potuit, ut D. quis ordo in bonor. poss. servet. L. ult. argum. contrar. D. de petit. hered. *Item veniunt. §. Petram.* d Hic evanearur opinio doctorum, qui dicunt, quod mora possit purgari in electione, nam hic dicitur, quod nulla est facta post sex menses, sic infra de præbend. *Dilectio,* non obstat infra eod. cap. prox. quia illud est tolerantia. e Non ergo de jure communis, ut sup. cap. prox.

f Abbas tamen in hoc casu dispensat cum monacho, ut sup. de eo, qui ordin. surt. susception. *Cum hoc,* Hic exprimitur casus, ubi Episcopis prohibita est dispensatio. Alios casus notavi, 50. dist. *Minor,* & 1. q. 7. *Nisi.* g Sic sup. de accusat. *Super his,* supr. ut eccles. ben. *Ut nostrum,* & de concil. præbend. non vac. *Post electionem,* lib. 3. sup. de præsumpt. cap. 1. lib. 3.

622 Collectionis Quartæ Decretal.

T I T U L U S VIII. DE QUALITATE (1) ORDINANDO. RUM PRÆFICIENDORUM, ET ORDINANTIUM (2).

C A P U T I.

Idem Archiepiscopo Rotomag.

cap. 11. de
ct. & qual. **C**UM contingat interdum, quod laici ad monasteria convolantes, a suis Abbatibus tonsurentur, Ap. sed oraculum requisisti, an clericatus ordo in tonsura hujusmodi conferatur, super quo fr. t. t. r. quod cum in septima synodo (a) sit statutum, ut lectores per manus impositiōnem licentia sit unicuique Abbati [b] in proprio monasterio solummodo facienda, dummodo ipsis ab Episcopo secundum morem præficiendorum Abbatum, manus impositio facta noscatur, & constet eum existere sacerdotem, per primam tonsuram a talibus Abbatibus juxta formam ecclesiæ datam, clericalis ordo confertur.

C A P U T II.

Idem.

c. 12. eod. **I**Ntelleximus, quod cum antequam ad regimen tuæ ecclesiæ esses assumptus, & in monasterio tuo fueris laudabiliter conversatus, ad monasterium S. Vincentii Laudun, nigri ordinis accessisti, ubi cum aliquamdiu in ipso habitu permanisses, demum ad cor reversus de Metropolitani, & aliorum consilio, ad primam domum redire curasti, in qua tandem sub regularis observatione disciplinæ [3] taliter Deo, & hominibus placuisti, quod per tuorum exigentiam meritorum, fratres tui te sibi præfecerunt unanimiter in Abbatæ. Quia igitur in suscepito regimine laudabiliter diceris processisse, ne occasione moræ, quam in præscripto monasterio pertraxisti, quasi ipsa te conscientia remordeat, & in susceptæ administrationis cura tepescat (4), attendentés, quod cautum est in canone (e); ne quis canonicus regularis, nisi forte, quod absit, publice lapsus sit, efficiatur monachus, & si factus fuerit, ad ordinem canonicatus revertatur, ultimus in choro manendo, cucullam ad memoriam delaturus: dis. t. mand. quatenus circa curam (d) tibi commissam, sollicitudinem tuam exercere studeas indefessam, & taliter sequentia bona prio-

(1) Al. *De ætate, & qualitate.* (2) Al. *ordinis, al. & ordine præficiendorum.*

a 69. distinct. Quoniam. b Hoc idem potest electus in Abbatem, si Episcopus eum differat benedicere, ut sup. de supplēm. neglex. prælat. Statuimus, lib. 2. ordo, qui sic confertur, appellatur psalmistatus: tamen ubi agitur de singulis ordinibus, nihil de hoc agitur, ut 93. dist. A Subdiacono, & 78. dist. Illud, unde quidam dixerint non esse ordinationem, sed eorum opinio corrigitur hic. c 19. q. 3. Mandamus.

d Hic videtur, quod si aliquis transit ad strictiorem vitam, sine licentia Prioris, vel Abb. sui, quod revocandus sit ad priorem ecclesiam, sed videtur obstare sup. de regul. Licet, lib. 3, sed potest intelligi, quod hic dicitur, quando levitatis causa transibit, secundum quod intelligi convenit ille canon. 19. q. 3, Mandamus, alias dicitur, quod iste fuerat tantum in abitu probationis; vel locus ille, quem intravit, fuit laxioris regulæ, quam prior locus; vel dic, quod si aliquis petita licentia licet non obtenta, transit ad strictiorem regulam, quod tunc non potest reverti ad priorem locum, & sic loquitur illa decretalis Licet: sed si nullo modo pettit licentiam, tunc redire cogetur, & ita hic loquitur. Jo. e Nota, quod qui ordinavit aliquem, postea non potest ei vel irregularitatem obiicere, vel crimen aliquod, nisi ex causa superveniente, sic nec elector contra electum, 8. q. 2. Dilectissimi, & est simile, 4. q. 3. Si quis restibus, sic sup. de concil. præb. non vac. Cum pro conquestione, in fine, lib. 3. sic 28. dist. Diaconi, & sup. de cleric. conjug. Diversis, lib. 3. Jo.

f Nota, quod qui reputatus est dignus una dignitate, si postea eligitur ad alteram, tunc reputabitur dignus, sic 74. dist. Gestæ, argum. contrar. 12. dist. Nos confuetudinem, & D. de suspect. tutorum lib. 3. §. Quem potest, ubi dicitur, quod si aliquis prius fuit tutor alicujus, deinde factus est curator ejusdem, removeri potest, tamquam suspectus ob ea, quæ fecit in tutela. Item quid dices, si aliquis regularis, vel criminosus toleratus est in officio sacerdotali, numquid si talis eligitur in dignitatem, potest excipi contra illum ab illis, qui eum tol-

ribus continuare, quod dignum exinde possis meritum expectare.

C A P U T III.

Idem.

c. 13. eod. **A** Ccepimus, te nostris auribus intimante, quod quidam clerici, qui ad lacros ordines sine titulis sunt promoti, te ad ecclesiam Braccaren, super beneficiis obtainendis infestant, quibus etiam de cunctis redditibus ecclesiæ tunc (5) commode ministrare non posses, præsertim cum mandemus eisdem in necessariis provideri, qui nec meritis, neque scientia etiam in parochialibus ecclesiæ beneficia proferrentur, ne dum in ecclesia Braccar. quorum vita, & scientia nobis penitus est ignota; de quibus si certitudinem haberemus, nec in majoribus eis, nec in minoribus præciperemus ecclesiæ provideri; & licet idoneis in tuis capellis, & in aliis parochialibus ecclesiæ extra civitatem velis juxta mandatum Ap. providere, cum omnibus in majori providere non possis, ipsi tamen provisione in eisdem ecclesiæ recipere dediantur. Judices quoque & monitores, seu executores, ad quos litteras nostras deportant, exceptiones (e) tuas legitimas, quas in eorum præsentia proponis, non admittunt, unde postulabas a nobis, ut tibi provideremus benignius in hac parte. Licet igitur in ordinibus (6) clericorum illam tu, ac prædecessores tui diligentiam debueritis adhibere, ut minus idonei non ordinarentur a vobis, ac post promotionem eorum exceptionem hujusmodi non possitis prætendere contra illos, nisi forte postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos: nos tamen ex superabundanti, quando scribere vobis pro talibus oportet, facimus in litteris nostris apponi; & si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur, & ecclesiastico beneficio non indignus, ei ab ordinatore, vel successore ipsius beneficium competens conferatur; cum & si tecum de jure agere vellemus, te possemus merito ad provisionem illorum compellere, quos a te, vel a prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret: & eo præsertim quod ad obtainendum beneficium ecclesiasticum eos debes idoneos repudare (f), quos ad ordines suscepisti, unde gra-

VI. (3) *Observantie disciplina.* (4) *Excusatione tepescas.* (5) *Tuæ tunc.* (6) *Ordinationibus.*

viter sustinere non debes, sed nobis potius devote inclinare teneris, si illos examinari [e] per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, antequam te velimus compellere ad provisionem eorum. Tu ex igitur fr. per Ap. l. m. quat. eis, pro quibus te contigerit recipere nostra mandata in forma communi, in majori ecclesia, vel aliis parochialibus (b) ecclesiis dicet. Braccares, providere non tardes, cum te pro minus idoneis compelli nolumus; exceptiones (c) autem, si quas contra impetratores litterarum nostrarum in delegatorum presentia proponis, precipimus audiendas.

C A P U T . IV.

Idem in conc. Laevian. const. XXVII.

c. 14. e. t.

CUM sit ars artium regimen animarum; stricte præcipimus, ut Episcopi promovendos in sacerdotes diligenter instruant, & informent, vel per seiplos, vel per alios (d) vires idoneos super divinis officiis, & ecclesiasticis sacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare; quoniam si de cetero rudes, & ignaros ordinare præsumperint, quod quidem facile poterit deprehendi [e], & ordinatores, & ordinatos gravi decernimus ultiioni subjacere. Sanius enim est maxime in ordinatione sacerdotii paucos bonos, quam multos malos habere ministros: quia si cæcus casum dicit, ambo in foveam cadunt.

T I T U L U S . IX.

DE FILIIS PRESBYTERORUM.

C A P U T . I.

Idem in eodem. const. XXXI.

cap. 16. De fil. presb.

Adabolendam pessimam, qua in plerisque inolevit ecclesiis, corruptelam, firmiter inhibemus, ne canonicorum filii maxime spuri (f) canonici fiant in secularibus ecclesiis, in quibus instituti sunt patres, & si fuerit contra præsumptum, decernimus non valere; qui vero tales, ut dictum est, canonicare præsumperint, a suis beneficiis suspendantur.

T I T U L U S . X.

DE BIGAMIS.

C A P U T . I.

Idem D. Archid. Lundunen. A.S. L.

cap. 6. de bigam.

Quia circa minima, & maxima frequen-

ter humanus deficit intellectus, & infra. Sane postulas per sed. Ap. edoceri, si presbyteri successive plures concubinas habentes, bigami censeantur, & infra. Ad quod duximus respondendum, quod cum sacerdotes, sive uno, sive diversis temporibus, plures habuerint concubinas, irregularitatem non incurrerint bigamiæ (g); cum eis tamquam simplici fornicatione notatis, quoad executionē sacerdotalis officii poteris dispensare.

T I T U L U S . XI.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

C A P U T . I.

Idem.

AD hoc nos dominus &c. Sane consukuit nos tua fraternitatis devotio, quid ad officium Archidiaconi debeat pertinere, & in quibus per ipsum cura Episcopalis sollicitudinis debeat relevari, & nos, prout possumus, respondemus. Archidiaconus secundum statuta beati Isidori (h) imperat sacerdotibus, & levitis, parochiarum sollicitudo, & earum ordinatio ad ipsum pertinentes, & audire debet iuris singulorū. Archipresbyteri, qui decani a plebibus nuncupantur, ejus jurisdictioni se noverint subjacere. Secundum vero Romani ordinis constitutum, major post Episcopum, & ipsius Episcopi vicarius (i) reperitur, omnem vero sollicitudinem, & curam, tam in clericis, quam in ecclesiis eorum, prout melius secundum Deum poterit, impendendo, cum super his sit redditurus in districti examinis judicio rationem. Item in epistola beati (j) Clementis Papæ pr. n. oculus Episcopi Archidiaconus appellatur, ut loco Episcopi per Episcopatum prospiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat, & emendet, nisi adeo ardua fuerint negotia, quod (k) absque majoris præsentia nequeant terminari. In quadam vero nostra constitutione (l) nos jam alia vice meminimus expressisse, quod institutione corporalis tam super beneficiis, quam etiam dignitatibus ad ipsum debeat pertinere, examinatione etiæ clericorum, si fuerint ad sacros ordines promovendi, & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus observandum, ut qui beneficiis ecclesiasticis præficiendi fuerint, a suo prius examinentur (m) Archidiacono, & per ipsum post-

c. 7. de off. Arch.

(1) Sancti.

raverunt in officio sacerdotali? Videtur hic, quod non, quia qui eum reputaverunt dignum ordine, & beneficio reputabunt dignum, argum. sup. de accusat. Nulli, & de sentent. excomm. In presentia, lib. 3. & D. de liber. causa. Qui sciens, sicut nec vir potest accusare mores, quos uxor habuit ante matrimonium. D. de adult. Si uxor, in fine, quod concedo, sed iudex suo officio potest inquirere de talibus, ut 2. q. 7. Querendum. D. de postul. Quos prohibet, nam ubi adversarius repellitur ab agendo, iudex ex suo officio cognoscet, sup. de appell. Constitutus, in fine, lib. 3. D. de adult. lib. 1. §. Si publica. D. de petit. hered. L. ult. Jo.

(2) Ali. qua.

Intelligo tamen, quod in eo casu permittatur Episcopo examinatio, sive exceptio, quando non per se exanimavit, sed per Archidiaconom, sup. de offic. Archid. Ad hoc, & ita patet, quod sèpsum examinatur eadem persona, ut 2. q. 1. Votum, & q. 5. Menam, arg. contrar. sup. de offic. leg. Licet, lib. 3. & D. nauta, caupones, Licet.

b Vel etiam in vicaria, quia illa nomine beneficii intelligitur, ut sup. de rescript. Postulati, lib. eod.

c Nam exceptio admittenda est, quantumcumque absolute scribarunt, sup. de offic. del. Ex parte, lib. 1.

d Per clericos ex latere suo missos, ut 24. dist. Quando. Jo. e Nota, quod eo ipso, quod ordinatus ap. pareret indignus, & ordinans similiter, ut 81. dist. Tantis, in fine, nec enim potest prælatus ignorare virium subditi, ut extra 1. de reg. jur. Quamvis, extra 3. de elect. Imotuit, & arg. C. de rescind. veadit. Que suis. Sed hoc verum est, cum ipsemnet, secus si per alios examinat, ut 24. dist. Quando. Jo.

f Videlur ergo, quod legitimi possunt, ut extra 2. eod. Ad hac. Sic extra 3. de vita & hon. cler. Ad decorum. g Sed nonne contrarium est sup. de big. Nuper, lib. 3. sed ibi loquitur in eo casu, quando utraque fuit sollemniter ducta, hic non. h Quæ habentur 25. dist. Perlegit. i Sup. de off. vic. cap. 2.

k Infra eod. Ut nostram. l Alibi dicitur, quod istud est officium sacerdotum, ut 24. dist. Quando. Videatur ergo, quod Episcopus non sit puniendus, quia promovet indignum, sed potius Archidiaconus: arg. ad hoc 34. dist. Si servus. Sed non est ita, quia Episcopus tenetur de facto Archidiaconi, sicut exercitor de facto ma-

gi.

modum Episcopo præsententur. Subsequenter postea quæsivisti, utrum Decani rurales, qui pro tempore statuuntur, ad mandatum tuum solum, vel Archidiaconi, vel etiam utriusque institui debeat vel destitui, si fuerint amovendi. Ad hoc breviter respondemus, quod cum juxta imperialis [a] sanctionis auctoritatem, quod omnes tangit, ab omnibus comprobari debet, cum commune eorum exerceat Decanus officium, communiter est eligendus, vel etiam amovendus.

C A P U T I.

Idem Veronensi Episcopo.

CUM olim quæstio, quæ inter dilect. fil. Ar- c. 7. de caus. chid. ex una parte, & Archipresbyteros, & canonicos Vincentinæ ecclesiæ ex altera, &c. & infra. Cum igitur Archid. prædictus hæc coram nobis fideliter recitaret, quoniam per ipsas attestations nobis constitit evidenter, quod ab Episcopis Vin. Archidiaconatus ipse sine reclamacione aliqua canonicorum continue duobus [d] Ar- chid. antequam præfato Archidiacono fuerat affi- gnatus, & quia canonici prædicti judices recula- re (e), vel postulare rescripti copiam minime de- buerint, cum causa prædictis judicibus delegata fuisset de utriusque partis procuratorum assensu, & ab eisdem esset rescriptum impetratum, nec de- liberationis indutias (f) petere, cum apud s. Ap. per procuratores utriusque partis lis esset conte- stata, prædictum Archidiaconatum non obstan- tibus hujusmodi exceptionibus prædicto fil. Ar- chidiac. per definitivam sententiam adjudicare curavimus, canonicis Vicen. contradicentibus ei- dem Archidiacono, stallo etiam Archid. deputa- to, & aliis pertinentiis suis, perpetuum silentium imponentes, reservata tamen eis quæstione pro- prietatis super collatione Archid. ipsius, si forte super hoc contendere voluerint adversus Episco- sum Vincentinum: cum res inter alios acta (g), non debeat eis præjudicium generare.

CA-

c. 8. eod. **S**ignificasti, & infra. Interdicas etiam Archid. tuo, ne sine conscientia tua, & auctoritate litteras suas (b) concedat promovendis; & eis etiam districte prohibeas, ne ad ordinem taliter audeant convolare; quod si contra prohibitionem tuam præsumperint venire, executione eis ordinum susceptorum taliter interdicas.

C A P U T III.

Idem.

c. 9. eod. **U**TT nostrum [c], & infra. Nec fuit suffi- ciente probatum, quod Cancellarius ex officio suo faciat spiritualia memorata, cum ea potius de jure communi ad Archid. spectant officium, repræsentare videlicet ordinandos Episco- pis, & illos examinare, ponere Abbates, & Ab- batissas in sede.

T I T U L U S XII.
DE OFFICIO JUDICIS DELEGATI.

gistro, ut D. de exercitoria, l. 1. §. *Magistrum.* Nisi idoneus Archidiaconus habebatur, ut non esset veri- mile ipsum mentiri, ut infra de pign. *Significante,* lib. eod. secundum hoc si talis ordinatur sine titulo, Episco- po ignorantie, Archidiaconus providebit ei in stipendio, non Episcopus. Sed si Archidiaconus non est solvendo, in subsidium habet recursum contra Episcopum, & hoc ideo quia Episcopo adhuc est reservatum jus exami- nandi tales, ut sup. de qual. ord. *Acceptimus.* Joann.

^a 65. Dist. *Archiepiscopas.* & C. de auct. præst. l. ult. Jo.

^b Hic habes, quod Archidiaconus non potest dare litteras commendaticias, sed solus Episcopus potest, &

commendaticias, & formatas, ut 71. dist. *Extraneo,* de consecr. dist. 5. *Non oportet.* 68. dist. *Quamvis.* Jo.

^c Hoc capitulum est pars illius, quod est sup. ut eccl. benef. *Ut nostrum,* lib. 3.

^d Sed qualiter potuit iste ex bino actu Episcopi consequi jus, cum nec trinus actus jus tribuat, ut sup. de

caus. poss. cum ecclesia, sed tantum quadruplex, ut C. de servit. l. ult. sed istud speciale est circa jus eligen- di, & circa jus præsentandi, ut aliquis consequatur jus, si ipse eligens, vel præsentans fuerit ante in quieta possessione, ut sup. de jure patr. *Consultationibus,* lib. 1. sup. de jurejur. *Cum proronas,* lib. 3. & sic conse- quitur dominum ab eo, qui non est dominus; & sufficit huic electo, vel præsentato tantum in possessorio obtinere ad hoc, ut verum jus consecutus. Joann.

^e Nota, quod si procurator tuus tibi impetr. erit

judices, ipse eos non potest recusare. De hoc non est dubium, quod si quis perit indices, ipse non potest re-

cusare, ut sup. de off. del. *Super questionum,* lib. 3. Sed mirum viderur, quod factum procuratoris ignorantie domino noceat, contra id, quod est sup. eod. cap. ult. lib. 3. cum scriptum sit, quod,, ignorantis domini con-

“ dicio deterior per procuratorem fieri non potest “. D. de procur. *Ignorantis.* Item quia contumacia procura-

toris obest domino, D. si quis jus dic. non obtemp. l. 1. §. *Si procurator,* nec scientia eius nocet domino igno- ranti. D. de liber. caus. *In servo,* nec delictum, ejus in auth. de eccl. tit. §. *Si quis in servo,* nec dolus ejus. D. de exceptione dolii. *Si procurator.* Sed licet * omnia non proficiunt, quia confessio procuratoris nocet do-

mino ignorantis, ut sup. de sent. suborta, in principio, lib. 3. & sup. de postul. *Ad hoc,* & ejus taciturnitas,

ut 2. q. 6. §. *Biduum,* cum si adversus & sup. de appell. *Sæpe in principio,* lib. 3. & ejus negligentia, ut sup.

de in integr. rest. *Cum venissent*, in fine, & quod dolus procuratoris noceat, habes D. de tribut. *Procuratoris,*

& quod dominus punitur propter contumaciam procuratoris, habes C. lib. 12. de excusar. milit. ann. *In*

excusione, & argument. supra, ut lite non contest. *Ad hoc,* lib. 3. & generaliter factum procuratoris nocet do-

mino, nisi procurator egreditur fines mandati, licet male procuret negotium domini sui, valet, quod fit per

eum; sed ipse procurator tenetur domino actione mandati, ut C. de procurator. *Si procurator.* Imputet ergo

sibi, qui malum procuratorem elegit, ut D. de minoribus *Cum mandato,* nam cum profit domino, si procura-

tor etiam iniuste obtinuit, ut D. de procurat. *Qui proprio,* §. *Procurator ut in ceteris,* sic & nocere ei debet

factum eius. Mirum tamen hic videretur, quod factum procuratoris in hoc casu domino noceat, & hic non

possit dominus recursum habere contra procuratorem; cum quantum ad istud intelligatur non solvendo, unde non debet ei nocere factum procuratoris, ut D. de dolo. *Eleganter,* §. penult. sed illud opponit, quando

procurator dolum commisit, securus si negligenter est versatus, potest tamen pars laesa per negligentiam procura-

toris nomine ecclesiæ petere restitutionem, ut sup. de in integr. rest. *Cum venissent*, in fine.

^f Immo nec aliquas inducias, quia inducias non sunt dandæ illi, qui impetravit rescriptum ad extra or-

dinarium judicem, ut 3. q. 3. §. *Spatium.* ^g Sic infra de præb. dilecta, in fine. Sed nonne Episcopus potest

repellere istos canonicos per exceptionem rei judicata? Nam cum ille obtinuit, qui causam habet ab Episc. illud de-

bet prodefessi Episcopo, sicut pactum factum cum emptore prodefessi venditori. D. de pactis, *Si cum empore,* sed non * *Auctore.*

est hoc verum, quia exceptio rei judicata transit ab auctore * ad alium, sed non revertitur ad auctorem *, ut D. * *Auctorem.*

de

C A P U T II.

*Idem Præposito Sancti Dominici.
subdisconon nostro.*

c. 35. de off.
del.

CUM R. canonicus Januen. causam pecunia-
riam, quæ inter ipsum ex una parte, ac
P. civem Januen. ex altera vertitur, tibi obtine-
rit delegari, & idem civis propter multas, & gra-
ves inimicitias civitatis sue, in tua nequeat præ-
sentia comparere; sicut ex ipsius, & dil. fil consul-
lum Januen. insinuatione nobis innotuit; d. t. (1)
per A. s. m. quatenus supradicto R. hujusmodi
optione relata, ut exceptis canonice Januen.
quos, cum sint ejus socii (2) merito habet pars
adversa suspectos; in civitate, vel dioec. Jan. in
qua multi sunt, sicut pro certo tenemus, viri pro-
vidi, judicem eligat, coram quo quæstio termi-
netur, cui auctoritate præ. dis. præcipias, ut ean-
dem causam juxta rescripti a te obtenti tenorem
app. rem. fine debito terminare procuret.

C A P U T III.

Idem Rothomagen. Archiepiscopo.

c. 36. eod.

CUM contingat interdum, quod laici &c. In-
super requisiti sumus (2), quod cum quis
conqueritur, in se, a suo Episcopo, post ap. ad
nos legitime interpositam, vel alias injuste ex-
communicationis sententiam promulgatam, &
nos judicibus damus nostris litteris in mandatis,
ut si est ita, juxta formam ecclesiæ absolutionis
illí impendant beneficium, vel eandem senten-
tiā denuntient esse nullam; ac Episcopus para-
tus sit probare se in illum, ante quam vocem ap-
pellationis emitteret, vel alias juste hujusmodi
sententiam protulisse; an probationibus non ad-
missis liceat judicibus excommunicatum absol-
vere, vel denuntiare sententiam nullam esse. Ad
quod tibi taliter respondemus, quod super jam di-
cto casu non consuevimus, si bene meminimus,

T o m . IV.

(1) V. al. (2) Requisisti. (3) Impendant.

(4) Audiant.

de except. rei iud. Si ad te, §. ult. sic sup. de elect. Querelam, lib. 3. ⁴ Hic habes, quod canonicus non
potest esse iudex concanonici sui, hoc ideo, quia familiaritas veritatem impedit solet, ut 3. q. 5. Accusato-
res. Testis tamē potest esse canonicus pro concanonico suo, cum & frater pro fratre testetur. sup. de presbyt.
cap. 1. lib. 3. sed est ea ratio, quia facilius habentur centum judices, quam unus testis. Unde minor causa
debet repellere iudicem, quam testes, & iudex recusat, si advocatus partis adversæ est commensalis iudicis,
sup. de appell. Ex insinuatione, lib. 3. similiter si iudex est suffraganeus, vel de terra adversarii: sup. ut li-
te non contest. Accedens. Item quælibet consanguinitas repellit iudicem, ut sup. de appell. Postremo, lib. 1.
secus in teste, ut 4. q. 3. Lex Julia. Quandoque tamē aliquis potest esse iudex, qui non potest esse testis,
ut pater in causa filii, ut 3. q. 7. §. Tria. circa fin. & criminosi sunt judices, sed non potest, ut 3. q. 7.
§. ult. Item recusatur iudex, si habet consimilem causam, ut infra de judic. cap. 1. Joann.

b Sed hæc forma videtur eadem cum priori. c Sed videtur, quod hæc forma stare non possit, quia aut
ille, pro quo scribit, sicut iuste excommunicatus, aut injuste: si iuste, ergo ejus appellatio fuit injusta, ergo
remitiri debet ad suum excommunicatorem, ut sup. de appell. Cum in ecclesia, lib. 2. infra de appell. Ut debi-
tus: si fuit injuste excommunicatus, quare ergo aliquid injungitur ei? Contra illud sup. de off. ordin. Ad
reprimendam, lib. 3. cum ipse excommunicans teneatur ad interesse iuste excommunicato, infra de sent. ex-
comm. Sacro. Ad hoc breviter dicas, quod verum est, quod iuste appellans semper remittendus est ad illum,
a quo appellavit, nisi sub certa forma scribatur iudici, ad quem appellatur, scilicet ut non solum de appelle-
latione causam cognoscat, sed etiam de principali causa. Vel dic, quod quando sententia excommunicationis ju-
sta est ex ordine, sed iusta ex causa, quod tunc absolvendus recipiat mandatum ab absolutore, nec remit-
ter eum ad excommunicatorem, quia sufficit, quod aliquo modo sit sententia iusta sive ex animo, sive ex
causa, ad hoc ut non remittatur appellans, quia factus est suspectus, ex quo aliquid inique fecit, sup. de ap-
pell. Ad hoc, & Proposuit, lib. 1. Joann.

d Et si testes Episcopi dicent excommunicationem præcessisse appellacioni, testes autem alterius dicerent ap-
pellationem præcessisse, iuste debet iudex, quod & ante sententiam, & post sententiam appellasset, ut
sup. de testibus, Cum tu fili. Videtur ergo, quod superfluum sit recipere probationes Episcopi, cum semper pro
appellantे iudicetur. Si autem testes Episcopi dicerent, quod tantum post sententiam appellavit, qualiter il-
lud possunt afferere, cum probare non possint? ut sup. de caus. possess. Cum ecclesia, cum iste in absentia istorum
testium potuerit appellasse. Dico, quod in hoc possunt audiri probationes Episcopi, si vult probare appelle-
lationem illegitimam, vel si aliam iustum causam appellacionis alleget. Vel dic, quod ista decretalis Cum in
fili, loquitur, cum utrinqueque testes æque probabiliter loquuntur, ut tunc pro utroque fiat interpretatio. Joann.

sub præscripta forma judicibus scribere; sed
sub ista [b] videlicet, ut si excommunicationis
sententiam post ap. ad nos legitime interpo-
sitam inveniretis esse latam, ipsam denuntietis
penitus nullam esse, & audiatis (c), si quid fue-
rit quæstionis, alioquin recepta juxta formam ec-
clesiæ cautione, impendatis [3] absolutionis be-
neficium conquerenti; & injuncto sibi, quod de
jure fuerit injungendum, audiatis (4) causam,
& eam debito fine terminare procuretis [5]. Sed
si forsitan appareat nos in iam dicto casu sub præno-
tata quandoque forma scripsisse, in altero utique
casuum prædictorum, cum quis videlicet conque-
ritur se post ap. legitime ad nos interpositam ex-
communicatione fuisse innodatum (6), semper
utriuslibet partis (d) probationes sunt admittendæ,
antequam ad decernendum super hoc aliquid pro-
cedatur; per quas denique apparebit, an abolitione
indiget conquerens, vel denuntiandus sit
potius non ligatus. In reliquo vero casu, cum vi-
delicet excommunicatum quis se afferit (7) in-
juste, vis unquam est ejus, antequam absolutus
fuerit, probatio admittenda, nisi tuac tantum,
cum afferit in excommunicationis sententia intol-
erabilem errorem patenter expressum; ad
quod probandum admittitur, antequam absolu-
tionis gratiam consequatur. Unde si proponat se
simpliciter excommunicatum iuste, ac Episco-
pus ad probandum, quod juste ipsum excommu-
nicaverit, suas postulet probationes admitti, non
est ante absolutionem ipsius aliquatenus audiendus;
cum etsi pro certo constaret in illum rationa-
biliter (8) excommunicationis sententia promul-
gatum; nihilominus esset ei absolutione secundum
formam ecclesiæ impendenda humiliiter postulan-
ti, & ideo in hoc casu illum credimus juxta for-
mam ecclesiæ protinus absolvendum, ut sic de-

K k k

(5) Procurent. (6) Notatum.

[7] Affererat. (8) Tolerabiliter.

mum probationibus utriusque partis admissis u-
trum juste (a), vel injuste ligatus fuerit, decer-
natur.

C A P U T IV.

Idem Decano de Ecceon. (1) & Priori

Belfoman. (2) dicæc.

Constitutus in præsentia nostra dil. fil. V. cle-
ricus procurator venerabilis fr. n. Maurin. (3) Episcopi auribus nostris intimavit, quod
C. & R. clerici Maurin. (4) dicæc. contra domi-
num suum ad judices certa ratione suspectos com-
missionis litteras impetrarunt, quorum alter est
adversarius manifestus, utpote, qui partem Epi-
scopatus (b) sui ei auferre molitur; super quo ad-
huc pendet quæstio inter eos, & unus adversus al-
terum, & justam causam suspicionis afferunt se
legitime probaturum. Ideoque dis. v. per Ap. sed.
mand. quod si dictus Episcopus contra præfatos
judices coram arbitris, quos hinc inde duxerint e-
ligendos, justam causam suspicionis legitime pro-

batueros (5), vos in commissio ipsis negotio ju-
xta formam eis directam (6 sub. ap. ob. me-
diante iustitia procedatis; alioquin partes ad eo-
rum judicium remittatis examen.

T I T U L U S XIII.
DE OFFICIO JUDICIS ORDINARII.

C A P U T I.

Idem in conc. Lat. conf. VIII. [7]

c. 13. de off.
ord.

Inrefragabili constitutione sancimus, ut ecclæ-
siarum prælati ad corrigendum subditorum
excessus maxime clericorum, & reformatos mo-
res prudenter, ac diligenter intendant, ne sanguis
eorum de suis manibus requiratur. Ut autem cor-
rectionis, & reformationis officium libere valeant
exercere, decernimus, ut executionem ipsius nul-
la consuetudo (c) valeat impedire, nisi formam
excesserint (d) in talibus observandam; exces-
sus tamen canonorum ecclesiæ cathedralis, qui
consueverunt corrigi per capitulum (e), per
ipsum

(1) *Occon.* (2) *De Aqua Belli Vannen.*
al. *Vannen.* (3) *Maurien.* (4) *Maurienen.*

a Quia si injuste excommunicatur, nihil injungitur ei per juramentum; si juste, tunc satisfacit, ut sup. dixi.
De hac materia invenies infra de sentent. excomm. *Sacro. Jo.*

* **Num, fort.** *Cum in juventute, lib. 3. & accusatorem, ut sup. de restit. spoliat. Item cum quis, lib. 1. tamen non * tales*
inimicitia repellant, haec causa aestimabit, an non obstante eo judex admitti possit, ut D. de quæstion. lib. 1.
* **Cum quis.** *Quidem * in authent. de testib. §. Si vero dicatur, sicut nec quælibet amicitia repellunt, nisi cum quis est ma-*

xima familiaritate conjunctus alteri, ut D. de verb. sign. *Latæ*, de hoc plenius noravi: 3. q. 5. cap. Non t. Jo.

c Quia non præscribitur contra Episcopum in talibus ut extr. 3. de major. & ob. *Cum ex officiis*, tamen
jurisdictionem talem non debet exercere in præjudicium Archidiaconi, ut extr. 1. de excess. prælat. *Ad hoc. Jo.*

d Si forte fama non præcessit, vel si non citat illum, de cuius fama vult inquirere, ut infra de acc. c. *Qualiter.*

e Numquid in eo casu quilibet de capitulo est judex canonici alicuius? non videtur, cum quilibet illorum
sit par, vel forte minor isto. Refo. non: sed quilibet est conjudex, sicut quilibet coeligit, non eligit, ut extr.
3. de elect. *Cum in jure peritus.* Sed quomodo devolvitur hic potestas judicandi de capitulo ad Episcopum, cum
Episcopus sit de ipso capitulo, est enim caput capitulo, ut extr. 3. de verborum significat. *Cum clericis*, extr.
3. de concil. præb. non vac. *Post electionem.* Si enim Episcopus non esset de capitulo, sequeretur, quod capitu-
lum esset monstrum non habens caput, sicut ille, qui præst exercevit, est de ipso exercitu, ut D. de his, qui
not. infam. l. 2. & nomine populi comprehenduntur patricii, & senatores, ut instit. de jur. natur. §. *Lex*, aut
ergo omnes de capitulo sunt negligentes, aut non; si omnes, ergo non devoletur ad Episcopum, cum etiam
ipse fuerit negligens, si non omnes, ergo apud eos manebit potestas corrigendi, quia jus universitatis remanet
in paucis propter vitium aliorum, ut extr. 3. de elect. *Bona.* Si ergo omnes essent negligentes, qui dicuntur
pars capitulo, deberet devolvi ad metropolitanum. Præterea si Episcopus propter negligentiam sui capitulo pos-
set cognoscere de causa canonici, sed certum * est, quod Episcopus solus non potest, sed cum senioribus eccle-
siæ sua, ut 86. dist. *Si quid vero*, vel etiam cum omnibus, ut 15. q. 7. cap. penult. ergo qui fuerunt negligen-
tes, adhuc cognoscere possunt, eadem est quæstio, qualiter devolvatur electio a capitulo ad Episcopum. Ego
credo, quod ubicumque est Episcopus de capitulo, quod si Episcopus est negligens cum aliis, devolvitur jus
corrigendi, vel eligendi ad metropolitanum; hoc ideo dico, quia quandoque Episcopus non est de capitulo,
ut extr. 2. de rescript. *Eam te*, & extr. 3. de elect. *Cum in jure*, & est hoc expressum infra de concil. præbend.
& eccles. non vac. *Post translationem.* Nec obstat, quod dicit lex, quod appellatur ab ordine, cui Praeses interest
ad ipsum Præsidem, ut D. quando appell. sit, l. 1. §. *Soleat*, quia illud intelligo, quando Praeses sedet cum
ordine, non quasi unus ex ordine, sed consilium, & auctoritatem præbendo facto ordinis, vel quando Praeses
non concordat cum ordine, & aliis. Si enim dices, quod idem deberet devolvi jus aliquod a capitulo ad Episcopum,
licet Episc. sit pars capitulo, quia cum erat in capitulo, ea, quæ fecit, quasi canonici fecit, non quasi Episc.
sed cum devolvitur ad eum jus, vel cum appellatur ad eum, intelligitur devolvi, vel appellari quasi ad Epi-
scopum. Secundum hoc nec Episcopus, nec Decanus deberet habere vocem primam in capitulo, si forte prius
non habuerunt primam vocem ante adeptam dignitatem, sive, quæ in capitulo faciunt, quasi canonici faciunt,
& non quasi prælati, quod falsum est, ut extr. 3. de elect. *Auditis*, & 74. dist. *Episcoporum*, sed potest mihi
obiici, videtur, quod idem eligi, & postea confirmat, ut extr. 3. de elect. *Cum inter*, & sic aliquis facit a-
liquid tamquam minor, & postea tamquam major. Resp. non est verum, quia pars confirmat factum paris, ut
extr. 1. de treug. & pace, cap. 1. & minor factum majoris, ut extr. 2. de offic. ord. *Cum te consulente.* Item mihi
potest obici, video, quod appellatur a metropolitano ad concilium Metropolitani, ut 17. dist. multis, &
2. q. 6. omnis, & sic appellatur ab aliquo ad seipsum cum aliis, eadem ratione potest appellari ab Episcopo
cum aliis ad solum Episcopum. Dico non sequitur, ideo enim appellatur ad Episcopum cum aliis, quia aliis
ipsum possunt revocare a facto suo, & trahere in meliorem sententiam. Eadem ratione potest dici, quod si Epi-
scopus fuerit negligens, devolvitur jus ad capitulo, ita ut Episcopus includatur in capitulo, & sic non
perdit jus suum per negligentiam. Secus tamen viderur dicendum in casu, cum per negligentiam devolvitur,
& cum per appellationem, arg. tamen esset pro illo, qui contrarium vellet dicere, D. de succ. edict. l. 1. §. *Quod*
dicimus. Ubi habes, quod si filius intra certum tempus a lege præfixum negligit petere bonorum possessionem,
ameo non potest eam petere, quasi filius. Sed si adhuc vellet petere quasi alter agnatus, non obstat ei prior
negligentia, similiter argum. contrarium est. C. de adult. *Jure.* Ubi habes, quod licet maritus volens aliquem
acculare de adulterio, & intra tempus ix. dierum neglexerit agere, adhuc post illud tempus admittitur, quasi
extra-

ipsum (a) in illis ecclesiis, quæ tales hactenus consuetudinem habuerint, ad commonitionem, & iussionem Episcopi corrigantrum intra terminū competentem ab eo præfigendum; alioquin ex tunc Episcopus Deum habens præ oculis ipsos, ut animarum cura requirit, per cens. eccl. corrigere non postponat. Ceterum si canonici absque manifesta (b), & rationabili causa, maxime in contemptum Episcopi cessaverint a divinis, Episcopus si voluerit, nihilominus celebret in ecclesia cathedrali, & metropolitanus ad querelam ipsius tamquam super hoc delegatus (c) a nobis, taliter eos per cens. eccl. cognita veritate castiget, quod in eis poenæ talia de cetero non præsumant. Provideant itaque diligenter ecclesiarum prælati, ut hoc salutare statutum ad quæstum pecuniaæ, vel gravamen aliud non convertant, sed illud studiose ac fideliter exequantur, si canonicam volunt effugere ultionem, quoniam super his Ap. L. auctore domino attentissime vigilabit.

C A P U T II.

Idem in eod. const. IX. (1)

c. 14. eod.

Quoniam in plerisque partibus intra eandem civitatem, atque diœc. permixti sunt populi diversarum linguarum habentes sub una fide varios ritus, & mores; districte præcipimus, ut Pontifices hujus civitatis sive diœc. eisdem provideant (d) viros idoneos, qui secundum diversitates rituum, & linguarum, divina officia illis celebrent, & ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos verbo, pariter & exemplo. Prohibemus autem omnino, ne una, eademque civitas sive diœc. diversos Pontifices (e) habeat tamquam unum corpus diversa capita quasi monstrum (f). Sed si propter præscriptas causas urgens necessitas postulaverit, Pontifex loci catholici cum præsule nationibus illis conformem provida deliberatione constituat sibi vicarium (g) in prædictis, qui ei per omnia sit obediens, & subiectus, unde si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se noverit mucrone percussum: etsi nec sic

resipuerit, ab omni ministerio ecclesiastico depnendum, exhibito, si necesse fuerit, brachio sæculari ad tantam insolentiam repellendam.

C A P U T III.

Idem in eodem const. X.

Inter cetera quæ ad salutem spectant populi c. 15. eod. Christiani, pabulum verbi Dei permaxime sibi noscitur necessarium, quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur, eo quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Unde cum saepe contingat, quod Episcopi propter occupationes multiplices, vel invaletudines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiones alias, ne dicamus defecit scientia, quod in eis reprobandum est omnino, nec de cetero tolerandum, per se ipsos non sufficient ministrare verbum Dei, maxime per amplas diœc. & diffusas: generali constitutione sanctimus, ut Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum adsument potentes in opere, ac sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum, cum per se idem nequiverint, sollicite visitantes eas, verbo adfident & exemplo; quibus ipsi, cum indigerint, necessaria subministrent (h), ne pro necessariorum defectu compellantur defilere ab incepto. Unde præcipimus tam in cathedralibus, quam in aliis conventionalibus ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadjutores (i), & cooperatores habere, non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus, & penitentiis injungendis, ac ceteris, quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis hoc adimplere neglexerit, districtæ subjaceat ultioni.

T I T U L U S XIV.

D E M A J O R I T A T E, E T
O B E D I E N T I A.

C A P U T I.

Idem.

Quod super his, & infra. Similiter etiam Ab. cap. 9. de maj. & ob. bates, & Sacerdotes diœcesana lege (k) ti-
K k k k 2. bi

(1) VIII.

extraneus. Jo. a Vel per Decanum, ut extr. 3. de appellat. *Dilectus*, tamen si directe ageretur de causa criminali, tunc solus Episcopus haberet jurisdictionem, ut 11. q. 1. *De persona*. Joann.

b Videtur ergo, quod soli canonici possunt subictere ecclesiam interdicto, cum subest causa, cum etiam solus decanus hoc possit, & extr. 3. de appell. *Dilectus*, & sic est contrar. extr. 2. de his, quæ sunt a major. part. cap. *Quæsiuum*, ubi dicitur, quod requiritur consensus Episcopi, & canonorum. Item non videtur, quod capitulum possit suspendere ecclesiam, quia jam seipso supponerent interdicto, quod esse non potest, quod aliquis se ipsum suspendat, nec possunt esse judices in proprio facto, ut extr. 3. de conc. præbend. non vacat post electionem, nec ipsi sibi legem possunt dicere, nec sibi possunt impetrare, ut 21. dist. *Nunc autem*, & D. de arbitr. L. penult. quod concedo. Jo. c Id est, *Datus*, non enim posset dici illa jurisdictione delegata, cum non expiret morte re integræ, nec etiam expirat tempore; est ergo ordinaria, & sic Metropolitanus habet jurisdictionem in subditis suffraganei, licet non interveniat appellatio, vel negligentia Episcopi. Sed quare ipse Episcopus non corrigit excessus istorum? Resp. dupli ratione, tum quia videretur index in propria causa, tum quia Episcopus solus non posset punire, sed cum canonici essent rei, & judices. Sed quare non agitur hæc causa coram arbitris, cum canon dicat, quod si Episcopus habet causam contra clericum, apud arbitros electos audieretur causa, ut 11. q. 1. *Si clericus adversus*, sed illud capitulum loquitur de civilibus causis, vel sic placuit Papæ. Jo.

d Suis expensis, ut infra cap. proximo. e Nisi ex dispensatione, ut 7. q. 1. *Nunc autem*.

f Idem habes extr. 3. de concil. præb. *Post electionem*. Jo. g Et tamen habet ordinariam potestatem, & facit ad hoc, quod Archidiaconus habeat ordinariam potestatem, licet dicatur vicarius Episcopi, ut extr. 1. de offic. Archid. cap. 2. Sic * ergo aliquis, qui non est Archiepiscopus, potest habere suffraganeum, similiter quandoque Archiepiscopus est subditus Episcopi, ut extr. 3. de renunt. *Ad supplicationem*, sed a quo confrebaritur iste Episcopus? a suo Episcopo, non a Metropolitanano, cum non subsit ei. Jo.

h Licer legatus Principis, cum mittitur in provinciam de rebus fisci, vel Imperatoris vivere debet, ut in authent. ut nulli judic. §. Nulli, collect. 9. & in authent. de mand. Princ. §. Illud tamen, licet fecerit faciant legati Papa ut extr. 3. de præscript. cap. 1. & infra eod. *Quia plerique*. Joann.

i Patiatur enim onus suum ut extr. 1. de offic. Archipresb. Ut singula, Joann. k Sed quare vocantur Ab.

* Similiter.

bi subjectos, qui ad tuam contendunt (1) synodum venire; dummodo in ipsa synodo non ducas aliquid statuendum, quod forte canonicis obviet institutis; per ceni. eccl. ad synodum ipsam venire compellas, ac debitam tibi obedientiam, & reverentiam exhibere.

C A P U T II.

*Idem sancti Stephani, & S. Proculi
Abbatib. Bonan.*

c. 10. eod.

CUM in ecclesiis Ianeti Victoris, & sancti Joannis de monte, & infra. Nos igitur ad reformationem earundem ecclesiarum, quæ peccatis exigentibus & in temporalibus deminutæ, & in spiritualibus sunt multiplicitate collapsæ, diligenti sollicitudine intendentæ, universis canonici dedimus firmiter in præceptis, ut Priori suo in his, quæ ad Deum pertinent, obedient. Cumque [2] omnes, quattuor dumtaxat exceptis, se parere velle ejus monitis, & præceptis concorditer respondissent, prædicti quattuor se contra Priorem in superbiam erigentes, licet de obedientia suo Priori præstanta præstisset corporaliter juramentum (a), tamen exhibiti juramenti, & strictæ præceptionis immemores, suo Priori [3] per omnia restiterint, & cum pro contumacia sua nequivissent ad debitam obedientiam revocari, dictus Prior in eos dictante justitia excommunicationis (b) sententiam promulgavit. Cum igitur præfati canonici ad sed. Ap. accessissent, per scripturas authenticas (c) ex multorum testimonio prælatorum effecti de ipsorum contumacia certiores, recepto secundum formam ecclesiæ ab eis corporaliter juramento (d), ipsis fecimus absolutionis beneficium impendi, præcipientes eis sub debito juramenti, ut ad claustrum suum, de quo exierant, redeentes, Priori suo secundum Deum devote, ac humiliter obedient. Nolentes igitur quod idem canonici tam effrenata deinceps libertate vagentur, dis. v. per Ap. f. m. quart. nostra fratri auctoritate præfatos canonicos, ut ad Prioris sui obedientiam revertantur, sublato cuiusvis [4] ap. diffugio, per cens. eccl. compellatis, & ne de sua possint contumacia gloriari, cogatis eos, si videritis expedire, ut juramentum, quod de parendo mandatis Prioris, quod (5) pro ab-

solutionis beneficio impendendo superbe negaverant, humiliiter præstent; alioquin eos de fratribus ipsorum confortio penitus excludatis.

T I T U L U S XV.

D E P A C T I S.

C A P U T I.

Idem Const. LVIII. (6)

Plerique, sicut accepimus, regulares, & iacu- c. 7. de paet. lares clerici, cum vel domos locant, vel feuda concedunt in præjudicium parochialium ecclesiarum pactum adiiciunt, ut conductores, & feudatarii decimas eis solvant, & apud eosdem eli- gent sepulturam. Cum autem id de avaritiae radice procedat, pactum hujusmodi penitus reproba- mus [e], statuentes, ut quidquid fuerit occasione hujus pacti perceptum, ecclesiæ parochiali (f) reddatur.

T I T U L U S XVI.
D E P R O C U R A T O R I B U S.

C A P U T I.

Idem.

CUM pro causa, quæ inter dil. fil. G. & F. cap. 7. de Gablont. 7) ecclesiæ Archidiaconos ver- tebar, procuratores utriusque partis ad nostram audientiam 8) accessissent: F. Archidiaconi pro- curator proposuit, quod a bon. mem. Cæl. Papa prædecessore nostro confirmationis litteras impe- travit, super quibusdam institutionibus ecclesiæ, de communi consensu (g) capituli g) constitu- tis, ex quarum inobservantia ecclesia debito ser- vitio fraudabatur. Petebat itaque procurator ipse pro Archidiacono memorato causam committi, & confirmari constitutiones prædictas, & ea resti- tui, quæ ad utilitatem ecclesiæ ipsius coactus fue- rat expendisse, & infra. Nos igitur causam ipsam vestro examini committentes, dis. v. per Ap. f. m. quatenus prædictas constitutiones, si eas de consensu majoris, & senioris partis capituli sine pravitate qualibet invenieritis esse factas, & possi- bilitas ecclesiæ patitur, faciatis inviolabiliter ob- servari, & infra. Expensas vero Archidiacono an- tediò restitui faciatis, si legitime probare potue- rit, se de mandato capituli (h) suscepisse præ- dicta negotia promovenda, & propter hoc (i) ad sedem Apostolicam accessisse.

CA-

(1) Contemnunt, Greg. IX.

(2) Eique cum.

(3) Superiori. (4) Scilicet.

(5) Aldeest, quod.

(6) Al. LVII. [7] Cabilonen.

(8) Præsentiam. (9) Assensu.

Abbates ad synodum? Contra id, quod legitur, 18. dist. Episcopus, & 18. q. 2. §. ult. Resp. habentes Abba- tes populum, tenentur ad synodum, de quibus loquitur 18. q. 2. Abbates. Sed non habentes populum, non tenentur venire, nisi rationabilis causa subsit, ut dicitur in ipsa pale 18. dist. Episcopus, unde Cistrenses non tenentur venire: ut sup. de statu monac. Dilectus, lib. 2. nec illi, qui non habent populum, cum non subsint Episcopo diocesano, ut 18. q. 2. Quam sit necessarium, in fine.

a Nota, quod regularis de inobedientia suspectus cogi potest jurare obedientiam, arg. D. de judic. In omnibus, arg. supra de jurejur. Sicut, lib. 2. & sup. eod. cap. 2. lib. 1. b Nota, quod Prior potest excommuni- nicare monachum, sicut & electus in Abbatem sup. de simon. Sicut, lib. 2.

c Videretur ergo, quod per scripturam proberetur crimen aliquius, & sic videretur, quod per chartam possit probari perjurium aliquius, arg. 5. q. ult. Epithaxum, quod non est verum. d Ergo a perjuro recipitur denuo juratoria cautio, quod est contra illud 22. q. 5. Parvuli. Joann. e Hoc dixi, infra de decim. In aliis, & ex eo, quod dicit redditus pater, quod tale pactum eriam quantum ad contrahentes non valet, arg. 16. q. 1. Si quis laicus, arg. contrar. D. de paet. Epistola. §. Pactum, Joann. f In cuius ignominiam il- lud factum est, ut 27. q. 1. Si quis rapuerit, extr. 1. de simon. De hoc, Joann. g Sic 4. q. 3. Venturis, in- fra de his, qua fiunt a major. par. cap. Eu vero, sup. de constit. Accessissent, lib. 3.

b Immo etsi non intervenisset mandatum, posset petere ea, quæ utiliter expendit in negotiis ecclesiæ, 12. q. 4. Quicumque. D. de negot. gest. Porponius, Joann. i Quia si alias iturus esset Romam, non posset petere expensas factas, nisi quatenus plus expendisset propter longiorem moram, ut D. famili. herc. Ex parte, in princ. Distinguitur tamen; quia si egit cum mandato, sive succubuit, sive non, potest petere expensas, ut C. man-

C A P U T II.

Idem Scholaribus Parisien.

c. 7. eod. **Q**uia causis, quæ contra vos, & pro vobis
moventur, interdum vestra universitas ad
agendum, & respondendum quotidie intereste non
potest, postulaistis a nobis, ut procuratorem in-
stituere super hoc de nostra libera permissione
liceret. Licet igitur de jure communi (a) hoc
facere valeatis; quia tamen hoc petitis a nobis
devotioni vestræ specialiter indulgeri, instituen-
di procuratorem super his, auctoritate præsen-
tium vobis concedimus facultatem.

TITULUS XVII.
DE INTEGRUM
RESTITUTIONE.
CAPUT I.*Idem.*

cap. 6. de
rest. in int. **S**uscitata super diversis articulis inter ven. fr. n.,
Burgen. Episcopum & Onien. monasterium
quaestione, & infra. Nos igitur auditis, & intelle-
ctis, quæ utraque [1] pars proposuit coram no-
bis, super iv. præmissis articulis, monasterium
Onien, de con. f. n. justitia condemnavimus exi-
gente; sententia vero lata procurator præfatus ad
probandum præscriptionem tam super iv. articu-
lis prænotatis, quam etiam super quibusdam de-
cimis, per transactionem acquisitis a monasterio
ecclesiis, & colonis ipsius ex parte petitis, quando
controversiam volebamus sententia calculo ter-
minare, & in qua fuerat coram judicibus supradi-
ctis conclusum, restitutionem in integrum nomi-
ne monasterii postulavit, & cum super hoc coram
nobis fuisset aliquandiu litigatum, nos delibera-
tione præhabita restitutionem in integrum ad
præscriptionem probandum, tam super quattuor
articulis prænotatis, quam etiam super controver-
sia decimarum eidem procuratori nomine mona-
sterii duximus indulgendam, & infra. Ne vero per
excitata in malitiam, sicut ex præsumptionibus.

(1) *Uterque.* (2) *Affectum.* (3) *Archid.*

pluribus videbatur, officium (2) sententiae in da-
mnum Episcopi contingere impediri; neve mo-
nasterium per executionem sententiae propter i-
psas suspiciones incurreret detrimentum (b), nos
æquitate pensata duximus providendum, ut ante
omnia supradicta sententia (c) executioni man-
detur. Volumus nihilominus, & mandamus, ut
ab ipso Episcopo recipiatis idoneam cau-
tio[n]em (d), quod si monasterium in causa ipsa per
sententiam prævaluerit, universa, quæ medio
tempore ipsius sententiae occasione perceperit,
monasterio restituat memorato.

TITULUS XVIII.
DE ARBITRIS.

C A P U T I.

Idem in conc. Later. const. XL.

Contingit interdum, quod cum auctori, & in-
fra. Ad hæc generaliter prohibemus, ne su-
per rebus (e) spiritualibus compromittatur in lai-
cum, quia non deceat, ut laicus in talibus arbi-
tretur.

C A P U T II.

Idem Pisano Archiepiscopo (3).

PER tuas nobis litteras intimasti, quod cum c. 9. eod.
super executione arbitrii, quod inter hospiti-
tariorum sancti Joannis, & plebanum de Piscia su-
per hospitali sancti Allucii latum erat, a nobis lit-
teras recepisses; partibus in tua præsentia consti-
tutis, hospitalarii a te executionem arbitrii postu-
labant, afferentes illud debere observare, pro eo
quod procurator plebani sponte in arbitros jura-
mento interposito compromisit; quoniam dice-
bat potestatem compromittendi, & transigendi
super eodem (4) negotio recepisse. Plebanus item
proposuit ex adverso, quod causam tractandam
prædicto procuratori dedit generale mandatum,
non tamen ei mandavit, ut sine speciali mandato
suo compromittere posset, vel (5) transigere su-
per

(4) *Eo.* (5) *Et.*

C. mandati, l. Etiam, sed si sine mandato egit, & succubuit, non petet expensas, ut D. jud. sol. Jam ta-
men, §. In hac. Itæ autem expensæ non excedent probabilem modum, ut D. de damn. inf. Inter quos, §. ult.
& l. seq. in princ. extr. 3. de eo, qui mitt. in poss. cap. 2. in fine. Joann. ^a Dubitationis causa hic suit,
quia sæculares * non videntur constituere universitatem, cum jus universitatis non sint a Principe consecuti,
ut D. quod cujusc. univers. l. i. D. de colleg. Illic. l. i. quia si esset universitatis, syndicum, vel auctorem de-
berent constituerre auctoritate Eiscopi, C. de Episcopis, & cler. Omnis. §. Hoc nihilominus. Sed Papa respon-
dit eis, quod ipsi de jure possunt constituerre procuratorem; & est verum, quod universitas constituit pro-
curatorem, & per ipsum jurat, ut sup. de juram. caus. Cum causam, lib. 3. b 16. q. 7. Si Episcopum.

* *Scholares.*

^b Hoc regulare est, ut sententia mandetur executioni, non obstante exceptione, ut 2. q. 1. Sicut, nisi in con-
tinenti velit probare exceptionem, ut sup. de testibus Venienti, & sup. de rest. spol. Litteras, in fine, lib. 3.
& in aliis casibus, quos notavi, 11. q. 2. Cum apud. Item eti in continenti excipiens vult probare exceptio-
nem; si tamen est præsumptio contra eum, quod malitiose excipiat, primo mandatur sententia executioni,
deum, & quid velit proponere, non in modum exceptionis, sed in modum actionis audietur, ut sup. de
appell. Constitutus, in fine, lib. 3. infra de concil. præb. & eccl. non vac. Accedens, circa finem, & C. ad
legem Cornel. de falsis, Satis, & C. de edict. D. Hadri. tollend. l. 2. nec usquequa determinatur hic:
an differenda sit sententia super his, super quibus est conclusum. Quod non sit differenda, videtur sup. de cau-
sa poss. & propr. Pastoralis, lib. 3. & C. de compensat. l. ult. quod concedo, nisi in continenti possit liquere
de causa. Joann. ^c Hoc generale est, ubicumque aliquis in dubio admittitur, quod semper ille, qui admis-
titur, præbeat cautionem, ut C. de legib. si in fraudem. C. de petit. hered. l. ult. D. de rei vindic. Is, a quo,
& l. seq. & D. ut legator. vel fideicom. causa caveat, l. Postquam, §. primo, arg. sup. de foro comp. Ec-
clesia, in fine. D. de damno inf. Pretor, in princ. Joann. ^d Per hoc non determinatur hic illa quaestio,
an teneat electio, si canonici super eligendo Episcopo compromiserint in laicorum, & est arg. quod teneat, 16.
q. 1. Plures, extr. 3. de arbitri. Dilecti, & 2. q. 7. Nos si, ubi Gregorius, compromisit in laicos. Et in in-
famem compromittitur, 3. q. 7. §. Tria, in fine, & in inimicum, ut 23. q. 7. Quemadmodum, extr. 3. de
jurejur. Quintavallis, arg. contra extr. 1. de decim. Quoniam, §. Sententias, & extr. 1. de judic. Relatum,
immo nec incidenter potest cognoscere de causa spirituali, ut extr. 1. de judic. Relatum, & extr. 1. qui si sunt
leg. Latov. Ad hoc dico, quod quocumque modo laicus ferat sententiam in spiritualibus nulla est, sive inciden-
ter, sive per reconventionem proponatur coram eis; quia tantum discretis viris committenda est spiritualis

sau-

per eo; & præterea procurator jam dictus de assensu canonicorum ^a non fuerat institutus, & ideo dicebat id arbitrium non valere, præsertim cum procurator mandati fines ^(b) excesserit, & arbitrium fuerit per unum clericum, & duos laicos promulgatum; licet ipsi de assensu ven. f. n. Januen. Archiepiscopi ^[1], cui causa commissa fuerat, arbitrium protulissent. Unde, cum super his dubietas fuisset exorta, per Ap. sed. oraculum edoceri petisti, qualiter super negotio ipso tibi sit procedendū. Super quo f. t. taliter resp. quod in primis est, utrum arbitrium ipsum ex parte plebani receptum fuerit ^(c), distinguendum. Si enim receptum fuerit, indistincte ratum haberi debet, ac

per hoc juxta tenorem mandati Apostolici executioni mandari. Si vero receptum non fuerit, refert, utrum fuerit, vel non fuerit de observando ipsum poena statuta; & quidem si poena fuerit ²) aposita in compromissione, agi potest ad pœnam ac si nulla poena statuta fuerit, sed simpliciter stare fuit sententia compromissum; procurator ^[d] ad interesse ^e) poterit conveniri, quia juramento suo seipsum personaliter, non ecclesiastiam poterat obligare. Quod ⁽³⁾ vero a duobus laicis, & uno clero dicitur esse latum, nequam obviare videtur; cum auctoritate dicti Episcopi ^(f) factum sit, cui causa, de qua dicitur compromissum, fuerat delegata.

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.
DE JUDICIIS.
CAPUT I.*Idem Pontificatus sui anno IX.*cap. 18. de
judic.

CAUSAM, quæ inter dil. fil. Abbatem, & conventum S. Vincentii ⁽⁴⁾ ex parte una, & Archid. Carnoten. ex altera, super quibusdam procreationibus vertitur, vobis filii T. & S. ⁽⁵⁾ Archid. Parisien. meminimus commisisse. Dictus vero Abbas, & conventus nolentes parti alteri respondere, nisi nos primo consulerent, secundum privilegia Rom. Pont. indulta monasterio eorundem, dil. fil. W. ejusdem monasterii monachum propter hoc ad sed. Ap. transmiserunt nihilominus, supplicantes, quatenus ter fili Decane, loco Parisien. Archid. supradicti subrogare ^(g) ad decisionem ipsius negotii dignaremur: quia cum similis pene ^(h) causa contingat, minus esse favorabilis parti alteri videretur. Quocirca d. v. per Ap. sed. m. quat. non obstantibus lit-

teris ante adventum monachi impetratis, in causa ipsa ratione prævia procedatis.

CAPUT II.

Idem.

CUM inter dil. fil. T. Priorem, & conventum ^{c. 5. de exc.} de Argentario ⁽⁶⁾ ex una parte, & nobilem virum S. de Oriolen. ⁽⁷⁾ dioec. Pictavien. ex altera, super damnis, & aliis coram vobis ex delegatione quæstio verteretur, procuratore ipsius nobilis volente vestrum declinare judicium, eo quod duos ex vobis habebat suspectos, procurator monasterii allegavit parti ejusdem nobilis, cum esset excommunicationis vinculo constrictus ⁽⁸⁾, exceptionis hujusmodi beneficium interdictum. Cum enim excommunicatus, ne reportet ^[i] ex contumacia commodū, valeat conveniri, si ad exceptiones liberum posset habere recursum, traheretur multotiens in favorem, quod est in odium introductum. Unde postulas per sed. Ap. oraculum edoceri, qualiter in hoc dubitationis articulo

^[1] Genen. Episcopi. ⁽²⁾ Fuis.
⁽³⁾ Quia. ⁽⁴⁾ Vindon.

⁽⁵⁾ G. O., al. ⁽⁶⁾ Argentorio.
⁽⁷⁾ De Malleon. ^[8] Adstrictus.

causa, ut extr. i. de rest. spoliat. Accepta, extr. i. de cons. & affin. Ex litteris, in fine: tamen de auctoritate majoris potest laicus esse arbiter in spiritualibus ut infra, cap. prox. Joann.

^a Requiritur enim constituendo procuratorem subscriptio canonicorum, sup. de procur. cap. 5. lib. i. sicut ^b contraria requiritur consensus Episcopi, cum capitulum constituit procuratorem, sup. de judic. Causam, lib. 2.

^b Si tamen non contradixit, postquam scivit ipsum excedere fines mandati, ratificat judicium, sup. de offic. delegat. cap. ult. in fine, lib. 3. sup. de paroch. Coram. ^c Licet enim generale mandatum dedit procuratori; tamen in generali mandato non continetur transactio, ut hic patet, & D. de procurat. Mandato. Distinguunt tamen quidam inter universalem procuratorem, & generalem; ut universalis procurator possit transfigere, ut D. de procurat. Procurator, sed generalis non, ut D. eod. Mandato. Sed obstat eis D. de tutel. l. 3. §. ult. ubi dicitur, quod curator indistincte datus, ad omnes lites videtur datus. Vel dic, quod si clausula de rato fuerit aposita, potest transfigere, alias non. Adjectio enim illius clausulae aliquid debet operari, argum. D. de usur. Si stipulatus, sed huic rationi obstat, D. mandati. Creditor, §. ult. Joann.

^d Sed qualiter agitur contra procuratorem, cum ipse se non obligaverit, nec adversarius intendebat eum sibi obligari; & cum hoc nomine domini fecerit, nec caverit de rato. Sed dic, quod immo convenitur, quia obtulit se defensioni alienæ, cum non haberet mandatum, ut D. de procurat. Plautius, & licet pars adversa non intendebat eum nomine suo obligare, tamen obligatus est, quia sæpe extra id, quod agitur, obligatio nascitur, ut D. commodati. Si is, qui, in fine. Joann.

^e Licet enim pena non adiiciatur in arbitrio, potest tamen agi ad interesse, D. eod. Diem. §. ult.

^f Et ita auctoritate superioris potest laicus arbitrari de rebus spiritualibus, ut dixi sup. cap. prox. Item videtur hic, quod delegatus mandabit sententiam arbitri executioni, & si arbiter nollet procedere, quod ab ipso posset, non ab ordinario appellari, ut C. de judic. L. ult. arg. contr. sup. de foro comp. Si quis contr. Jo.

^g Simile sup. de testibus Dilecti. ^h Ut si aliquis agat de jure exemptionis coram judge aliquo, qui in simili causa laborat, index ille de facili sententiaret pro ipso: similiter testis esse non potest, qui consumili morbo laborat cum illo, a quo inducitur, sup. de appell. Personas, in fine, & 4. q. 3. cap. Testes, sic sup. de except. Cum ecclesiastice, non tamen extendas hauc similitudinem ad omnia, nam licet peto ecclesiam, vel quid aliud, coram judge, qui similem causam habet. Jo. ⁱ Sup. de judic. cap. ult. & sup. de sentent. excomm.

Sen-

cule procedere debeatis. Ad quod sic duximus respondendum, quod prædictio nobili legitima defensio in judicio reservatur, & maxime judicis recusatio, cum periculum sit, coram suspecto judice litigare, ac suspectis judicibus sed. Ap. causam de certa [a] scientia non committat: unde in talibus non excommunicati favor attenditur, sed æquitas judicantis; cum non debeat claudicare judicium, ac satis videatur absurdum, si actore impugnante, reo defensionis copia [b] degeatur, quia sic condemnaretur multotiens absolvendus. Porro cum excommunicato, quando in causa absolutionis existit, non sit justa neganda sententia, nec interdici debeat eidem appellations remedium [c], si contra justitiam condemnatur, qua ratione in uno, eodemque negotio ipsius alia legitima [d] subtrahantur suffragia, non videmus. Ceterum non sic in reconventione [e] sentimus, ne quod in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendantur [f].

TITULUS II. DE FORO COMPETENTI.

CAPUT I. Idem Episcopo Beboacen. (1)

cap. 13. de
foro comp. CUM contingat (2) interdum in tua &c. In super postulasti, an cum aliqui clerici deputati servitio capituli Belvacen. vel aliorum

(1) Belvacen. (2) Contingit. [3] Sint.

Sententiam, lib. 3. Videtur ergo, quod si sententia sit lata a suspectis judicibus, quod possit retractari, si detecta fuerit suspicio, quia litteræ sic imperatae nullam dederunt jurisdictionem, de hoc notavi sup. de reser. *Dilectus, lib. eod. Jo.* Hic habes, quod excommunicatus potest excipere, quod intelligo, cum agens non est passus violentiam ab excommunicato, ut per fraudem talem cogeret ipsum agere, & sic posset excipere, ut sup. de jure patron. *Perlatum, lib. 1.* in fine, & D. de judic. lib. 2. §. Si quis, & ita confunditur alicui per exceptionem, cui non consulitur per actionem, ut 16. q. 4. §. Potest, D. de conduct. indebiti, Si in area, eadem enim defensio deber competere excommunicato, quæ non excommunicato, sicut eadem servo, quæ libero, ut D. de accusat. *Servos, & patronus*, qui alias non potest accusare libertum, accusat, si ipse fuerit accusatus. D. de bonis liber. Qui cum major. §. Si libertas. Sed numquid potest excipere de pacto de non petendo? videtur quod non, quia sola illa videtur permitti illi, quæ ad defensionem cauæ expectant, ut hic videtur. Item cum excipiendo fiat actor, ut D. de probat. *In exceptionibus*, sed ab agendo repellentur, ergo & ab excipiendo. Item qualiter præstabit sacramentum calumniæ, cum ei non licet ingredi sacra, multo magis non licet ei tangere sacra; sup. dist. 5. Ad ejus. Item si excipere potest, ergo & compensare, sed per exceptionem repellentur, si ageret, ergo non posset compensare. D. de compensat. *Quæque*. Item servus accusatus, non potest excipere de lenocinio, ut C. de adult. *Quoniam*, & dico, quod sola exceptiones competit excommunicato, quæ faciunt ad defensionem cauæ, unde exceptionem pacti de non petendo, potest proponere, vel exceptionem rei judicatae, vel jurisjurandi, sed compensationem non. Sed quid si excommunicatus convenitur super eo, pro quo fuit excommunicatus, numquid potest excipere, quod non teneatur? Respondeo, quod non, nisi restituantur communioni hominum, quæ iniuste est spoliatus [dico, quod sic,] ut 3. q. 2. cap. 2. & 2. q. 5. Super causa, in fine. Joann. c Ut 3. quæst. 9. Reversa, sup. de offic. ordinand. *Quæsumus*.

d Arg. qua ratione unum conceditur, & alia sunt concedenda, sup. 4. dist. *Denique*, in fine.

e Admittitur tamen reconventione, ubi non admittitur conventio, ut 3. q. 8. *Cujus*. D. de judic. l. 2. §. Item si.

f Sic sup. de eccles. adif. cap. 1. in fine. g Ideft, Tantum, sic 11. q. 3. Si quis Episcopus damnatus, nam tantum ab illo puniendus est, ubi deliquit, 6. q. 3. *Placuit*. Vel dic, quod licet alibi possit excommunicari, non tamen ab alio potest deponi, quam a suo diœcesano: secus si civiliter agitur de beneficio, ut infra eodem Postulasti. Quando autem reus sit remittendus ad suum judicem, invenies notatum, 3. q. 6. cap. 1. Jo.

b Nota, quod consuetudo dat jurisdictionem, ut 9. q. 3. *Conquestus*, sup. de arbitris, *Cum dilecti*, lib. 3. ut C. de emancip. lib. 1. & ult. sed qualiter in hoc casu, vel consuetudo, vel privilegium dat jurisdictionem, cum nemo jus sibi dicere possit, sup. qui fil. sunt leg. *Causam*. lib. 1. & D. de jurisdict. omn. jud. *Qui jurisdictioni*. Sed dic, bene potest habere dominus ordinariam jurisdictionem super familiam suam, sicut magister super discipulos, & sicut Episcopus super canonicos, & sicut pater super filios, ut 3. q. 7. §. *Tria*, circa finem, quia si suspectus fuerit dominus, petat actor ei aliquem adjungi, ut 3. q. 3. *Offeratur*, vel eligat arbitros, ut sup. eod. Si quis contra, Joann. i Vide qualiter interpretatur generale mandatum, sic sup. de jurejur. *Ad nostram*, lib. 3. k Non videtur, quod ratione persona aliqua causa dicatur ecclesiastica, quia si ecclesiastica persona agat contra laicum, secularis judicium petendum est, ut 9. q. 1. *Experientie*, & cap. sequenti nisi sit querella de rebus ecclesiasticis, ut supr. de foro compet. cap. ult. lib. 1. Item nec causa viduaram deferenda est ad ecclesiasticum judicem, sup. de foro compet. Ex tenore, lib. 3. in opere uno * persona hic * Ratione, causa enumeratae spectant ad regale judicium 23. q. 5. *Regum*, & cap. *Administratores*, C. quando Imperator forte. interpret. lib. 5. Sed dici potest, quod omnes causæ indirecte spectant ad ecclesiam, ut sup. eod. *Novit*, lib. 3. Vel dic, quod specialis fuit ista indulgentia, sic sup. de foro compet. Quod clericis, lib. 2. licet enim istæ persona sub ecclesiastica protectione sint receptæ, ut 87. dist. desolatis, & cap. 1. & 2. non tamen ad eccl-

clericorum tuæ dioec. super criminibus impetruntur, cogendi sunt (3) coram te, vel potius coram illis, quibus serviantur, querelantibus responderemus; cum illi sibi jurisdictionem hujusmodi vindicare contendant, licet illos excommunicare non valeant, vel alias coercere. Super quo fr. t. taliter respondemus [4], quod ad te, utpote ordinarium judicem debent de talibus conquerentes habere recursum, maxime (g) si (5) super his criminibus impetruntur, quæ in tua dignoscuntur dicecessi commisisse; nisi forte ii, quibus delinquentes ipsi deserviunt, ex indulgentia, vel consuetudine (h) speciali jurisdictionem hujusmodi sibi valent vindicare.

CAPUT II.

Idem Comiti Tholosæ.

Super quibusdam mandatorum articulis, &c. cap. 26. de verb. sign. Rursus cum ab eodem receperis in mandatis, ut de te conquerentibus secundum suum, vel alterius legati, seu judicis ordinarii, vel delegati arbitrium, justitiam exhiberes, hoc taliter intelligendum esse (i) censemus; ut in omni causa, quæ ratione personarum [k], vel rerum ad ecclesiasticum forum pertinet, ac super universis capitulis, quæ pro pace servanda sunt, per jam dictum legatum statuta, vel auctoritate Apostolica statuenda, item viduis, pupillis, orphanis, & personis miserabilibus teneatis in judicio ecclesiastico respondere.

CA.

(4) Duximus respondendum. (5) Qui.

e. 14. hoc t.

C A P U T III.
Idem Episcopo Vicen. (1)

Postulasti p̄ sed Ap. edoceri, utrum sacerdos in eadem, domicilium vero patrimonii ratione in alia ibi delinquens, ab eo, in cuius habet diœc. patrimonium, pro delicto ibidem commissio debeat judicari, præsertim in causis, quæ officii, seu beneficii privationem exposcent. Ad quod breviter respondemus, quod per ipsum (2), in cuius delinquit diœc. tentiæ (a) promulgari poterit in eundem, sed ab Episcopo in diœc. cuius (b) ecclesiam obtinet, quoad ipsam ecclesiam hujusmodi executio erit facienda.

cap. 21. de
homic.

Quasivisti pariter (3), utrum contra quosdam contempta excommunicationis intentia debitas ecclesiis decimas subtrahentes, tibi Regiam implorare liceat potestatem, quoad (4) solutionem ipsarum vix absque sanguinis effusione valent coarctari? Ad quod breviter respondemus, quod si te de hujusmodi querimonia simpliciter deponente, Rex, cui ad bonorum laudem tandem (5) maleficiorum (6) vindictam gladius est commissus, in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorum erit duritiae imputandum. [c].

C A P U T IV.

Idem in regista.

Licit quædam legalis sancit (7) auctoritas, ut quis debeat in sua provincia conveniri; Apostolicæ non præjudicat potestati, quo minus controversias subditorum, & quibus, & ubique voluerit, valeat delegare. Sic tamen sed. Ap. auctoritatem propriam moderatur, ut plus quod expediatur, quam quod liceat, attendens, potentiam

suam publicæ utilitati conformet, ibique causas, quæ fuerint ad ipsam delatae, deleget, ubi sine gravamine (d) partium poterint pertractari.

T I T U L U S III.

D E R E S T I T U T I O N E
S P O L I A T O R U M.

C A P U T I.

Idem.

Olim vobis dedisse meminimus in mandatis, cap. 16. de ut ven. fr. n. Oveten. Episcopum ad debitam restitucionem partis Zamoren. (8) diœc. quam tenebat, cum perceptis frugibus (9) restituere cogeretis, & infra (10). Verum quia inanis est actio, quam excludit inopia debitoris, mandamus, quæ. non prius ipsum Episcopum ad restitucionem fructuum compellatis, quam ipse taliter fuerit restitutus (e), ut restituere possit, quod percepit (11) de proventibus alienis.

C A P U T II.

Idem.

Olim inter te pro Abbatia tua, & ven. fr. n. O. c. 17. ead. Parisien. Episcopum nomine Parisien. ecclesiæ, super possessione juris (f) parochialis in parochia de Monte, quæstione suborta, &c. & infra. Nos attendentes, quod ex solo, quod populus dictæ parochiæ timore ipsius sententia per aliquot (12) dies abstinuit (g) a divinis, nullam in eos juris parochialis possessionem idem Episcopus fuerit asseditus, nec fuit aliquo modo probatum, quod eo tempore, quo sententiam ipse protulit, possessionem in ipsos juris (13) parochialis haberet, vel prius etiam habuisset, restitucionem de jure adjudicare nequivimus (14), cum non constiterit ipsum spoliatum fuisse.

CA-

[1] Sevicen. al. Senicen. (2) Episcopum.

(8) Zamoranen. (9) Fructibus, forte.

(3) Præterea. [4] Cum ad. (5) Et ad, forte.

(10) Etc. [11] Perceperit. (12) Aliquos.

[6] Malefactorum. (7) Sankit.

(13) Jure. [14] Nequimus.

fisticum forum spectant: vel dic, quod istæ personæ spectant ad forum ecclesiasticum, ubi agitur de injuryia, sive de violentia illata, ut 24. q. 3. Si quis de potentibus. Sunt tamen pleræque causæ, quæ spectant ad forum ecclesiasticum, ut causæ pœnitentiarum, ut 11. q. 1. Aliud, hæresis, simonia, adulterii, ubi agitur ad separationem matrimonii, sup. de confang. Ex litteris, lib. 1. de jure patronatus, & decimis, sup. eod. Quamvis, lib. 1. Item de usuris, de cruce signatis, & in aliis casibus, quos habes 6. q. 1. In summa.

a Super crimine, non super ecclesia, & sententia hujus judicis facit fidem in alio judicio, 24. q. 1. Subdiaconus, 11. q. 1. Statuimus, sup. de jurejur. Si duo, C. de liber. caus. Jubemus.

b Ille enim judex, in cuius diœcesi res ejus sunt, exequitur sententiam, ubi crimen est perpetratum, ut sup. de raptor. cap. 1. lib. 1. de re milit. Desertorem, in princ. in authent. collect. 9. ut nulli judicum. §. Si quis vero comprehensorum. c Absit enim, ut ea, quæ propter bonum, & licitum facimus, &c. ut 23. q. 5. De occidentis: habes ergo hic, quod non est imputandum clericō, si deferat querellam de raptore coram judice sacerulari, & ille judex sacerularis morte puniat reum, ad idem 23. q. 3. Maximianus, & quæst. 5. Nos nos, D. de bon. lib. Quoniam minor, §. primo, arg. contra 23. q. 5. Unum solum, & cap. Pœna, & de pœnit. dist. 1. Periculose, & sup. de excess. prælat. Ex litteris, lib. 3. de hoc dixi, infra de homicid. Tua. Jo.

d Gravari dicitur, si citetur ad locum, ubi ipsi, vel advocati ejus, vel testes, vel amici securè non possunt venire, 33. q. 2. in fine, 3. q. 9. Hortamus, sup. de appellat. Ex parte, lib. 3. Item si citetur ultra duas diætas, ut sup. de script. Nonnulli, lib. eod. Unde si ex certa scientia delegat causam ad duas diætas, si tamen aliud subest gravamen, quam viæ prolixitas, non potest conveniri per litteras illas, quia sit intelligendum mandatum, ut conformetur utilitati partium, sic 85. dist. Florentinum, in fine, sup. de officio delegat. Super.

e Quia alias ipsum privaverat eadem parte. Unde super eadem re non est conveniens aliquo modo, quoque fuerit ipse restitutus, ut 3. q. 2. Episcopi, Hoc tamen inconveniens videtur, si spoliatus possit repellri per talem exceptionem, quod ipse ab alio est spoliatus, sed contra D. de vi, & vi armata, Cum a te, ubi dicitur, quod contra primum dejectorem agi potest, licet ipse ab alio sit dejetus. Sed dic, quod tunc agi potest contra eum, cum ipse est solvendo in illo, vel in æquivalenti, ut sup. cap. 1. lib. 3. nam nullus + excusat latronem. C. de furtis, Subtrabo.

f Et ita possessori potest intemperati circa res incorporales, sup. de caus. poss. Cum ecclesia, lib. 3.

g Sed nonne perdit possessionem, qui timore devictus abstiner ab illa, ut sup. de appell. Bone, lib. 3. D. de adquir. poss. Possideri, §. Si quis nuntiet. Item nonne ex eo, quod quis paret mandato alicuius, gerit se pro subditio ejus, ut sup. de capell. monachorum: Dilectus, lib. 3. cum ea faciat, quæ alii subditi faciunt, 20. q. 1. Quem progenitores, sup. de paroch. Coram, lib. 3. vel dic, quod talis timor non privat ipsum possessione, quia

C A P U T III.

Idem in conc. Lat. conf. XXXIX.

c. 18. ead.

Sæpe contingit, quod spoliatus injuste per spoliatorem in alium re translatum, dum adversus possessorem non subvenitur (*a*) per restitutio-
nis beneficium, spoliato commodo possessionis amissio, propter difficultatem probationum (*b*) juris proprietatis amittit effectum. Unde non ob-
stante juris civilis rigore (*c*) fancimus, ut si quis de cetero rem talē scienter (*d*) receperit, cum spoliatori quasi succedat in vitium (*e*), eo quod non multum inter sit quoad periculum animæ detinere injuste (*f*), ac invadere alienum, contra pos-
sessorem hujusmodi spoliato per restitutio-
nis beneficium succurratur.

T I T U L U S IV.
DE DOLO, ET CONTUMACIA.

C A P U T I.

*Idem.*c. 8. de dolo,
& contum.

* Arboribus.

Veritatis est verbum organo dominicae vocis emissum, quod arbor, quæ terram inutiliter occupat, digne [*1*] excidi, & in ignem mitti censetur, ut terra, quæ sub nociva occupatione inutilis * arboris sterilis habebatur, per novam plantationem ad fructificandum culturam recipiat congruentem. Huic nimis arbori H. quondam Curien. (*2*) Episcopus non immerito comparatur, qui Curien. (*3*) ecclesiam usque modo per violentiam [*4*] detinuit, & non solum sicut dil. fil. canonici Curien. (*5*) V. S. & R. & Be. Ro. (*6*) plebanus S. Georgii ex parte vestra in nostro auditorio retulerunt, quod dictus H. prædictam ecclesiam dilapidando depressisset, sicut publica prædicabat infamia, sed (*7*) homicidio, incestu, & aliis criminibus polluit. Nos utpote (*8*), quibus hæc imminent corrigenda, cum ipsi

Tom. IV.

(*1*) *Digna.* (*2*) *Curian.* (*3*) *Curian.*
(*4*) *Pernitiose.* (*5*) *Curian.* (*6*) *F. C. B.*
& Vero. [*7*] *Sed se.* (*8*) *Autem.*

quia non facit hoc animo obediendi. D. de adquir. hered. *Pro herede.* Item ea ratione, quia qui ex timore facit, non dicitur facere, ut extr. *1.* de regul. juris, *Qui ex timore.* In dubio tamen præsumitur animo obediendi facere, sup. de iis, quæ fiunt a majori parte capit. *Ex ore,* lib. *3.* Joann.

a Verum est, quod spoliato non subvenitur per interdictum, *Unde vi,* etiam secundum canones, nisi contra illum, qui dejectit, vel mandavit, vel ratam habuit dejectionem, ut extr. *3.* de restitutione spoliat. cum ad sedem, in fine. D. de vi, & vi armata. *Cum a te,* sed judicis officio subveniebatur contra quemlibet possessorem, ut extra *3.* de appell. *Bone,* & extra *2.* de judic. cap. ult. * & etiam condicione ex canone, sive *Quia W.* dolo, sive vi, sive metu, sive alio modo rem perdidisset, semper subvenitur, ut *3. q. 1. Reintegranda,* licet actio de dolo detur tantum contra dolum sicutem, & actio *Quod metus causa:* contra quemlibet, ut D. quod metus causa, *Si cum exceptione,* §. *Aliquando,* similiter actio, *Quod vi, aut clam,* D. quod vi, aut clam. *Semper,* primo responso. Joann.

b De proprietate. *c* D. de vi, & vi armata, *Cum. a te.*
d Sic ergo solus ille potest conveniri condicione ex canone isto, qui scienter recipit rem alienam, sed si ignoranter recipit rem alienam, conveniatur ex canone illo, *Reintegranda,* *3. q. 1. vel ex illa, extr. 2. de judic.* *Quia W.* Nec intelligas, quod hic dicitur, cum quis alienat rem litigiosam, vel de qua timetur fieri controversia, quia si alienatur res litigiosa, nulla est alienatio, ut C. de litig. *1. 2. & extr. 3. de foro comp.* *Cum ecclesia,* in fine: si autem alienat rem non litigiosam, sed de qua speratur litigium, tenetur ad interesse, id est, quanti interest hujus, rem hanc non esse alienatam, ut D. de alienat. mutand. jud. causa facta, lib. *1.* Lat. *e* Quia vitium rei sequitur omnem possessorum, ut C. de acquirend. poss. *Vitia.*

f Nota, quod jura pro eodem reputant auferre, & injuste detinere, ut hic, & *16. q. 1. Decime.* Similiter auferre, & non dare, ut *48.* sicut dist. *12. q. 2. Indigne,* arg. contrar. *12. q. 2. Et si illi,* in principio. Joann.

g Nota, quod qui accusat, præsumitur bono zelo accusare; accusatio enim ex charitate debet provenire, sup. de accusat. *Si quis Episcopis,* lib. *1.* & qui accusat publica salutis custodiā gerit. C. de famos. libell. *1. 5. arg. contrar. 6. q. 1. Si omnia,* & *2. q. 7. Si quis Episcopus.* *h* Sup. *2. q. 7. Quapropter.*

i Sic patet, quod coram primis non comparuit. *k* Et ita, nec coram secundis judicibus fuit lis contestata; & tamen lata fuit hic diffinitiva sententia, ut infra sequitur. *l* Sic sup. eod. *Cum olim,* lib. *3.* C. de judic. authent. *Jubenus.* *m* Hic liquet, quod lite non contestata recipiuntur testes, non tamen * ubi agitur de electione prælati, ut sup. ut lite non contestata. *Quoniam,* in fine; sed etiam ubi agitur de restituzione prælati. Ad idem facit sup. de cler. non resident. *Ex iure,* lib. *3. & 3. q. 9. Decernimus.* Quia periculosa est mora talium ecclesiæ, quia utilitas ecclesiæ per ejus absentiam impeditur. *Secus est secundum leges,* ut D. de pec-
nis.

* *Tantum.*

canonici vestri bono zelo (*g*), ut arbitramur, induiti, prædictum Episcopum accusare, & intuentes enormitates ejusdem, ad aures nostras deferre curarunt (*h*), timendo, ne sicut in decreto Gelasii [*b*] continetur, Ap. offensam incurserent, si hujusmodi excessus auditui catholicæ ecclesiæ supprimendos putarent; commisimus primo causam ven. tr. n. Tridentino (*10*) Episcopo, & dil. fil. Abbat. montis S. Mariae, & Præposito de insula, secundo quoque v. fr. nostro Brixien. [*11*] Episcopo, & ipsis iterum Abbat., & Præposito, &c. Verum cum ipse Episcopus priorum judicum præsentiam adire per contumaciam contempnsisset (*i*) &c. auctoritate nostra fuit per ipsos primos judices ab officio, & beneficio suspensus, &c. Tandem vero coram judicibus, canonica citatione vocatus, præsentiam suam difficulter exhibuit; sed frivolam tunc excusationem in malitia concepta prætendens, experiri cum canonicis in jure neglexit (*k*). Qua de causa nos de consilio fr. nostrorum suspendentes Episcopum ipsum, vel potius suspensionem judicibus factam auctoritate Ap. confirmantes, tertio super his ven. fr. n. Cuman. Episcopo, & dil. fil. Abbat. S. Abundi causam ad superandam [*l*] malitiam ipsius Episcopi commiserimus (*12*) audiendam, qui partibus citatis *13*, adhibitis secum viris prudentibus, & honestis, cum nec ipsum, nec responsalem ejus aliquem invenirent, in eundem Episcopum propter inobedientiam excommunicationis sententiam protulerunt, & testes etiam quemadmodum ex parte vestra *14* a nobis (*15*) in mandatis acceperant, admirerunt. Abbates, Præpositos, Priores, & alios religiosos viros, per quos quilibet articulus criminum prædictorum constat fuisse probatus (*m*), & infra.

*L. l. 1**Nos*

(*9*) *Curastis.* (*10*) *Tudertino.* (*11*) *Bri-*
senen. (*12*) *Commisimus.* [*13*] *Cunctis.*
(*14*) *Nostra.* (*15*) *Deest al.*

Nos igitur videntes (1) judicarium ordinem fuisse servatum in hoc facto; considerato præterea, quod post sententias in se datas, celebrare præsumperit, cum multi prælati ecclesiarum contra eundem Episcopum scriperant, nec unus pro eo defendendo [a], vel aliquatenus excusando comparuerit: In nomine domini cum Apostolo omnem inobedientiam ulcisci volentes, licet absentes corpore, tamen præsentes spiritu, juxta verbum ejusdem Apostoli tulimus sententiam perpetuæ depositionis in ipsum, & eum tam a Pontificali, quam omni officio sacerdotali privantes sine spe restitutionis aliqua duximus condemnandum; ea nihilominus (b) in irritum revocantes, quæcumque post inhibitionem (c) Ap. sed. seu factam suspensionem, & excommunicationem de rebus ecclesiæ alienare præsumpsit.

C A P U T . II.

Idem in conc. Lat. const. XL.

c. 9. eod.

Contingit interdum, quod cum actori ob contumaciam partis adversæ adjudicatur cau-

sa rei servandæ (d) possessio, propter rei potentiam, sive dolum actor intra annum rem custodiendam nancisci non potest (e), vel natam amittit, & sic cum secundum assertionem multorum versus non efficeretur post lapsum annum possessor, reportat commodum de malitia sua reus. Ne igitur contumax melioris, quam obediens condicione existat, de canonica æquitate sancimus, ut in casu præmisso verus actor [f] constituatur [g] anno elapso possessor.

T I T U L U S V.

D E C O N F E S S I S.

C A P U T . I.

CUM ven. fr. n. I. Sab. Episcopus coram dil. cap. 6. de except.

fil. n. R. diacono S. Anastasiæ, & P. S. Lucia ad septa sol. diacon. Card. quos sibi, & R. procuratori vestro concessimus auditores, ecclesiæ S. Viti cum suis possessionibus, & pertinentiis petiisset, afferens eadem ad se, tam in spiritualibus quam in temporalibus pertinere: idem nondum ejusdem Episcopi intentione fundata,

[1] Attendentes.

nisi Absens. Quia cum secundum leges de criminibus agitur ad sanguinis effusionem, non est mirum, si quantum ad hoc remissius hic agatur. Hec materia plenius tractatur. 4. q. 9. in summa Joann.

a Quilibet admissus fuisset ad defensionem ejus, ut D. de procurator. *Servum, §. Publice.* b 11. q. 3. *Audi.*

c Sic sup. de novi oper. habuit. *Cum ex offici, sic sup. de defensorat. impub. Ad difforandum, sup. de in integrum restitutione, cap. 1. lib. 2. Joann.* d Nota, quod non proprio dicitur possessio causa rei servandæ, ubi quis per actionem in rem mittitur in possessionem, sed verus possessor statim sit, ut C. de præscr.

* Ult. triginta annorum, *Si quis empionis, §. penult.* * sed ubi actione personali convenit quis alium, ipse vere dicatur possessor causa rei servandæ, talis enim custos rei est, sed non possessor, ut D. de adquir. possess. *Possideri, §. ult.* nec tamen * elicetur possessor de possessione; sed tantummodo per secundum decretum, & ita ueste que erit in possessione, ut D. de damno infect. *Si finita, §. Si quis autem, & §. Ubi vero, & D. ut in possess. legat.* Is, cui possessor ergo colet fructus, & eos colligit in horrea, sed alter eos custodiet, ne dissipentur ab isto, ut D. ut in poss. leg. *Si is, qui, in principio, & §. Qui legator.* Hoc enim scias, quod iudex non sellinabit admittendum in possessionem, quia si reversus probaverit justam causam absentie, subvenietur ei per in integrum restitutionem, ut D. de damno infect. *Si finita, §. Si forte, vel etiam iplo jure, ut D. de privileg. creditorum. Imperatores, & extra 3. de lenti. & re jud. Cum Beroldus.* Summatim ergo examinabit iudex negotiorum, antequam mittatur adversarius in possessionem, ut extra 3. ut lite non contest. *Quoniam, in fine. Item & hoc scias, quod si lite contestata fiat missio in possessionem, numquam restituitur possessor, quandocumque revertatur, ut C. de judic. Properandum, §. Si vero, Joann.*

e Videtur ergo, quod corrigatur lenitas illius decretalis extr. 1. de dolo, & contum. *Ad hoc:* sunt autem plura remedia contra illum, qui non admittit aliquem ad possessionem. Unum quia auctor potest ipsum convenire, quanti sua interest possessionem non habere, ut D. uti possidetis, *Si duo, §. ult.* & D. ne vis fiat ei, qui in possessionem mittitur, l. 1. in princ. Item aliud, quod punitur in expensis, ut extr. 3. de sequestr. *Ad hoc, & extra 2. ut lite non contest. Quoniam, in fine: quandoque etiam manu militari deiicitur, D. ne vis fiat ei, qui in posses. mittitur, Si quis missum.* Item potest uti beneficio hujus constitutionis. Item potest excommunicari, ut extr. 3. ut lite non contest. *Quoniam, in fine, & si per annum staret in excommunicatione perderet possessionem, ut 11. q. 3. Rufus, Joann.*

f Idem videtur secundum leges fuisse statutum, ut quotiens per adversarium impeditur possidere; quod pro possesso habebit, ut D. de bonis auctorit. jud. possid. *Quoniam, sed si per alium impeditur, ille mihi tenetur ad interesse, ut D. ex quib. caus. in posses. eatur l. penult. Joann.*

g Non determinatur hic, ar ipso jure per lapsum anni constituantur verus possessor, an per sententiam judicis. Et videtur, quod ipso jure fiat verus possessor ut extr. 3. de officio ordin. pastoralis, & extra 1. de eo, qui mitt. in posses. cap. primo, & ult. & quia transcurlus anni probat crimen, 11. q. 3. *Rufus, arg. contra extra 3. de eo, qui mitt. in poss. cap. 1. & 2. & D. de damn. infect. Si finita, §. Julianus, & extra 3. ut lite non contest. Quoniam, Ad hoc dico, quod in realibus actionibus non habet locum secundum decretum, sed solum transcurlus anni facit aliquem ibi verum possesse, ut extra 3. de off. ord. *Pastoralis*, sed in personalibus actionibus locum habet, sed non uniformiter in omnibus, quia in causa noxali, & in causa damni infecti secundum decretum constituit aliquem dominum, & reus erat dominus; sed si non erat dominus, constituit eum verum possesse, & dat ei causam prescribendi, sive usucapiendi, ut D. de damn. infect. *Si finita, §. Julianus, & D. de noxalib.* Et generaliter, sed in aliis personalibus actionibus constituit secundum decretum aliquem possesse, ut extr. 3. ut lite non contest. *Quoniam, in fine.* Quod ita intelligi, ut licet per secundum decretum exoneretur aliquis a jure probandi, cum prius cogeretur probare, non enim ibi dat secundum decretum causam usucapiendi, nam quandocumque dominus offert ei debitum, restituetur ei res sua, nisi iam sit distracta auctoritate judicis, ut C. de distract. pignoris. *Si prius.* Sed numquid idem juris est in spiritualibus, ut si petitur ecclesia præbenda ab aliquo, & reus infra annum non compareat; nam sic * post annum actor verus fiet possessor, ut si ecclesia præscribit possit, cum actor forte numquam fuerit institutus in ecclesia? Dico quod non, quia titulus non præscribitur. Qui enim dicit se prælatum ecclesæ, non potest * probare præscriptionem, sed ostendat * libellum ordinationis suæ, ut 2. q. 1. *Legum, non obstat extr. 1. de jure patron.* *Cura, quia ibi præscribitur ecclesia, tamquam proprietas, non tamquam prælatura, & sic potest intelligi extr. 1. de eo qui mitt. in poss. cap. 1. & 2.* Numquam ergo secundum jura canonica per secundum decretum datur alijus jus præscribendi, nisi adsit bona fides, ut infra eod. *Quoniam.* Si queris, quid ergo secundum de retum operetur in rebus spiritualibus, respondeo, ut fructibus rei uti possit, & ut præscribere possit contra omnem agentem, si habet bonam fidem, & aliquem titulum, non tamen præscribit jus prælaturæ, sed*

* Sic autem.

* Potest.

* Ostendat.

præpropere (a) sic respondit, quod etiam si dicta ecclesia dudum fuerit ecclesiæ Sabin. eam tamen non poterat Episcopus vindicare, quam ex permutationis [b] causa Farfense (1) monasterium obtinebat, ad hoc probandum quoddam exhibens instrumentum, in quo contineri prima facie videbatur, quod Theo (2) Episcopus cum suorum sacerdotum assensu prædictam ecclesiam S. Viti pro quibusdam ecclesiis, & rebus aliis in concambium vestro duxit monasterio concedendam. Ad hanc Episcopum proposuit memoratus, intentionem suam per hujusmodi responsionem esse fundatam, cum eam pars vestra respondit, se dictam ecclesiam ex permutatione facta per Sabin. Episcopum obtinere, quod etiam nitebatur publico instrumento probare, confiteri per consequens videbatur, se credere, quod dicta ecclesia tempore permutationis pertinuit ad ecclesiam Sabin. cum inter contractus bonæ fidei (c) computetur, nec cum alio, quam cum domino, vel cum eo, qui habebatur loco domini (d) legitime valeat celebrari: adiiciens, quod et si confessioni stare vellet, in quantum contra vos (e) facere videbatur, instrumentum tamen hujusmodi contra se minime admittebat, quod nec tabellonis (f) auctoritate, nec subscriptione testium dignoscitur esse folcitum. Sed ad hoc pars vestra respondit, quod cum procurator id in modum exceptionis [g] obiiceret, non videbatur de adversæ partis intentione fuisse confessus, quia juxta legitimas sanctiones, qui exceptione

utitur, non æstimatur de intentione adversarii, cum quo agitur, confiteri, adjungens, quod & si permutationis tempore econobium Farfense. (3) crediderit ecclesiam dictam S. Viti ad Sabin. ecclesiam pertinere, prædictus tamen procurator ex certis causis, seu verisimilibus conjecturis, credulitatem suam postmodum potuit taliter informare, ut crederet eandem ecclesiam ad Sabin. ecclesiam tunc temporis non spectasse. Porro memoratus Episcopus ad probandum, quod jam dicta ecclesia ad se in temporalibus pertinebat, quodam testes induxit, per quos nitebatur ostendere, quod tam dictam ecclesiam, quam molendina, terras, & alia bona ejus Sabinenses Episcopi diutius possederunt, de illis pro sua libertatis arbitrio libere disponendo, & infra. Super his igitur, & aliis propositis coram Cardinalibus supradictis, deliberatione cum fr. n. habita, intellectus supradictum Episcopum intentionem suam minime fundavissem per depositionem testium, vel procuratoris supradicti responsionem, quia, sicut præmissum est, exceptionem obiiciens de intentione adversæ partis non intelligitur fuisse confessus, vel per instrumentum ex adverso exhibitum (4), cum in eo Theodo. Episcopus, a quo permutatio proponitur facta, non dicatur Episcopus Sabin. quamquam in transcripto, quo procurator nitebatur, appositum fuit Sabin. per vitium falsitatis. Licit autem nimis excederit, quod transcriptum illius instrumenti falsavit; quia tamen delictum personæ non debet in da-

(1) *Forsense.* al. *Forense.* (2) *Chedo,* al.

Theoda, postea. (3) *Forense.* (4) *Adhibitum.*

sed præscribitur contra actorem tantum, simile extr. 3. qui maritim. acc. poss. *Per tuas.* Item & hoc scias, quod missus in possessionem ex primo decreto, non utetur fructibus, ut D. ex quibus causis in possess. eatur *Fulcinius,* in principio * , & L. *Praetor*, sed post secundum decretum utitur fructibus, ut D. ut in possess. legat. Is cui. §. *Qui legatorum,* in fine. Secus tamen est in petitione hereditatis, ubi propter nimiam contumaciam rei actor consequitur fructus, ut D. ex quibus causis in poss. eatur. *Fulcinius.* §. ult. similiter cum ventre mittitur in possessionem, utitur fructibus, ut D. de vent. in possess. mittendo, lib. 1. §. primo, similiter cum impubes ex Carboniano mittitur in possessionem, ut D. ad Carbonianum, *Sed si is.* §. 2. Item quid dices? si missus in possessionem ex primo decreto deiicitur, an possit petere restitutionem? & videtur quod non, quia non sufficit probare spoliationem, nisi probet, quod possederit, ut extr. 1. de offic. deleg. *Consultationibus*, & facit ad hoc, quod non debeat restituiri, extr. 3. de sequestr. *Ad hoc.* D. uti possidetis, *Si duo.* §. *Credores.* Arg. a contrario sensu extr. 1. de appellat. *Significaverunt,* in fine. *Solutio:* dico, quod hodie potest talis petere restitutionem conditione ex lege illa. C. de prætorio pignore. L. ult. Joann.

a Et in hoc non videretur bene allegasse pro se: nam hujusmodi repentina litis contestatio non præjudicat ei in authent. collat. 5. de exhib. reis. §. Illud apud. 8. q. 5. §. Sed aliud. 50. distinc. Ponderet, in princ. b Fecit per Sabinensem, ut infra dicitur per consequens, similis allegatio, & similis casus, sup. de transact. *Præterea,* lib. 2. c Institut. de actionibus §. *Actionum.*

d Nam per alienam rem non contrahit permutationem. D. de rerum permitt. l. 1. in fine.

e Hoc ideo non videtur valere, quia si voluit instrumento ori pro se; ergo & debuit uti contra se: sup. de censibus *Cum olim,* lib. 3. dist. 19. *Si Romanorum,* 3. q. 9. *Cujus.* D. de operis libert. *Si in stipulatione,* Arg. contrar. sup. de præbend. *Dilectus,* lib. 3. supr. de arbitris. *Cum tempore.* D. de collect. bonorum, *Nonnumquam,* & rem ratam haberi, *Si procurator.* f Sup. de censibus cap. 1. lib. 3. & 16. q. 3. §. *Potest.*

g D. de except. *Non utique.* h Sed nonne ex eo, quod confessus est factam permutationem, per consequens est confessus quod sit factum de meo ruum, nam illud dicitur permutatio, ut D. de rer. permitt. lib. 3. * 1.1. in fin. & qui confiteretur unum, per consequens confiteretur illud, quod sequitur ex illo, ut sup. 8. dist. *Quo iure,* sup. de offic. deleg. *Cum super,* lib. 3. sup. de dolo, & contr. cap. 2. in fine. Item tacita confessio habetur pro litis contestatione, sup. de dolo, & contum. *Prout,* lib. 1. Item Samaritana, que dixit, *Scio, quia propheta es tu,* & per consequens dixit, se unum * virum habere, 30. q. 1. *Quo modo.* Item interrogando sit * *Nullum,* confessio, 22. q. 2. *Quod autem,* & 35. q. 7. *Quid est,* & D. de verbis obligat. lib. 1. §. *Si quis ita.* Item forte. & tacendo sit litis contestatio: argum. supra de præsumpt. *Nonne,* lib. 1. Ad hoc dico, quod excipiendo de permutatione non confiteretur intentionem adversarii, quia potest esse, quod de facto esset permutatum, non de jure (illius.) Similiter dico in exceptione pacti de non petendo, quod per hoc non confiteretur debitum, quia potest esse, quod non de jure debuit, sed ubi per exceptionem multipliciter † id quod patet adversarius, factis videtur, quod confiteretur de ejus intentione, ut si excipiatur contra aliquos, quod sint socii criminis, dico quod per talem exceptionem satetur se crimen commississe. Sed nonne per hanc exceptionem „ ego interrupi „ prescriptionem tuam “ confiteretur de præscriptione? Quare ergo auditur probatio præscriptionis post talem exceptionem? ut extra 2. de præscript. *Illud.* Dic, quod si * fatetur de præscriptione, sed potius de diuturnitate temporis, tamen ad evitandam questionem facili tutius proponis, si hoc modo dicas „ non fateor, quod „ dicas, sed si fecisset pactum, esset factum de non petendo“, vel „ permutatio intercessit“, vel „ inter- „ ruptio“

minum (a) ecclesiæ redundare, ac non solum ante sententiam (b), verum etiam post obici potest exceptio falsitatis, cum falsorum instrumentorum praetextu lata sententia usque ad xx. annorum [c] spatium valeat retractari (d), veritate comperta nolumus, ut id monasterio vestro præjudicium generaret. Quia vero nobis constituit supradictam ecclesiam S. Viti constitutam esse in dieceesi (e) Sabinensi, Episcopale jus in omnibus eidem Episcopo adjudicavimus in eadem, illis dumtaxat exceptis, quæ per authenticas scriptas ei dignoscuntur esse subtracta privilegia (f), cum per privilegium, vel præscriptionem legitimam nullatenus probaretur exempta. Verum, quia dictus Episcopus, qui eandem ecclesiam vindicabat, munitum se præscriptione legitima non ostendit, quamquam probaverit Episcopos Sabin. bona ejusdem ecclesiæ aliquanto tempore possedisse, vos ab impetitione Episcopi, quoad temporalia ejusdem ecclesiæ, sententialiter duximus absolvendos.

TITULUS VI. DE PROBATIONIBUS.

CAPUT I.

Idem.

cap. xi. de
ponens.

Dilectus filius Jacobus electus sancti Petri ad montes ad Ap. sed. accedens gravem querelam contra dil. fil. G. Decan. Morin. [2] & I. Cath. Archid. exposuit, afferens eos in causa sua, quæ fuit illis commissa, perperam processisse. Cumque dil. fil. I. (3) clericus cum litteris eorumdem continentibus causæ processum ad nostram præsentiam accessisset, & idem Jacobus niteretur ipsum processum multipliciter improbare, relationem ipsorum in quibusdam afferens esse falsam, nos, quia præfatus clericus non habebat, nisi ad contradicendum (f), vel impetrandum mandatum, ad majorem cautelam processum ipsum, nec confirmandum duximus, nec cassandum, & infra. Quia vero sæpe contingit, quia [4] contra falsam assertionem iniqui judicis innocens litigator veram non potest negationem probare, cum negligens factum per rerum naturam nulla sit directa probatio, ne falsitas veritati præjudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati] necessarium vide-

[1] Al. deest. [2] Morisin. [3] T.
[4] Quod. [5] Opponit.

tur, & æquum, ut cum quis legitimam exceptionem proponit (g), illam probare paratus, vel ad declinandum judicium, vel ad intentionem alterius elidendam, si forsitan verbo (g), vel facto (h) ab illa recesserit, vel eam non probaverit intra terminum [i] competentem a judice præfigendum; modestus judex non ante procedet (j), quam super hoc instrumentorum, vel testium cautelam adhibeat opportunam, per quam, si necesse fuerit, possit de veritate constare (k), vel (l) si contra relationem (l), seu processum ipsius fuerit suborta contentio, hujusmodi probationibus possit ipsius judicis assertio robatur, quatenus hujusmodi adhibito moderamine sic honestis, & discretis deferatur judicibus, quod per improvidos, & iniquos innocentium justitia non laedatur, & ne judicialis evanescat auctoritas, cum de litigatoris improbitate constiterit, adversus assertionem judicis temere prorumpentis, juxta superioris arbitrium (m) digna poterit animadversione puniri.

CAPUT II.

Idem Tiburtino Episcopo.

PER tuas nobis litteras intimasti, quod cum T. Tiburtinus civis quandam per septennium habuerit concubinam, nec prolem suscepit interim ex eadem, ac ipsa postmodum divertens ab eo ad ipsum non post multum temporis rediisset, filium, quæ postmodum reversa in domum ipsius peperit, ex eo se afferuit (8) suscepisse. Qui licet a principio dixerit, illum nequaquam filium suum esse, cum mulier illa per septennium eidem cohabitans ex eo minime concepisset, mulieris tandem, & aliorum devictus instantia, suum filium recognovit, Rainaldum eum nomine appellando. Cum autem idem R. ad virilem pervenisset ætatem, & domum Saturnellæ fororis ipsius T. frequentaret, quæ ipsum nepotem suum publice nominabat, & Sophiam ipsius Saturnellæ filiam, cum qua quotidiam habuit conversationem, arravit, & carnaliter cognovit eandem. Quod cum pervenisset ad notitiam Saturnellæ, acriter increpavit utrumque, & apud se filiam continens (9) supradictum R. removit a domo. Cum autem mater ipsius R. accepisset, quod vir ejusdem

(6) Procedat. (7) Ut. (8) Afferit.
[9] Retinens.

“ ruptio est facta “. Idem dico, ubi aliquis petitur in virum, dicat, “ non confiteor me esse virum tuum, sed si essem, consanguinitas impediret “, nam sic respondendo non fatetur petitionem adversarii, nec se onerat probatione, ut sup. de ordine cognit, Intelleximus, & C. de except. Si quidem, cauti tamen debent esse respondendo, “ non teneor, sed si tenerer, pactum esset factum “, sed secundum hoc jus daret alicui occasionem mentiendi. a 16. q. 6. Si Episcopo. b Sup. de probation. Licit, sup. de procur. In nostra, l. 3.

c C. de falsis, Querellam. d Sed an talis sententia ipso jure nulla sit, dubitatur, quod videtur P. arg. sup. de rescript. Dilectus, lib. eod. & quia exceptio non datur ex eo, ut D. de except. Qui agnitus, sed si nulla est, qualiter etiam post xx. annos incipit litigare? & dic, quod tener, nisi remittatur, vel per actionem cum fieri t. usque ad xx. annos, ut hic dicitur, vel per actionem in factum, & secundum hoc usque ad 30. annos, vel per in integrum restitut, judicis officio, & secundum hoc usque ad quadriennium, ut D. de re jud. Divus. e 16. q. 8. Omnis. Jo. f Talis procurator non sufficeret in causa appellationis, nam cum tota delata sit per appellationem ad superiorum, nisi coram judge appellationis appareret procurator totius causæ, punitur dominus tamquam contumax, ut sup. de app. Sæpe, lib. 3. g Expressæ.

b Tacite, ut supr. de officio delegati, Gratum. i. i. Sup. de except. Passralis. k De hoc cantabimus infra eod. Quoniam. l Debet autem relatio primo ostendit litigatoribus ut contradicant, vel consentiant ei, ut sup. de rer. permitt. Cum olim, lib. 3. C. de relat. l. 1. & si qua pars tunc non contradixit, postea non potest contradicere, ut 2. quæst. 6. §. Biduum, i. tine.

m Vel in sumbris litis, ut sup. de poenis, cap. ult. lib. 1. vel alias poena corporali secundum qualitatem personarum, sup. de officio delegat. De causis. Jo.

dem Sophiae eidem (1) R. graviter minabatur, in civitatis platea juravit publice coram multis, quod R. supradictam Sophiam propinquitatis linea minime contingebat, affirmans sub virtute praestiti juramenti, se de alio, quam de supradicto T. praefatum suscepisse Rainaldum. Cum igitur nos duxeris consulendos, an mulieris assertio-
ni standum sit in hac parte, & an memoratus R. supradictam Sophiam habere valeat in uxorem, insinuatione praesentium tibi respondemus, quod cum idem R. quem dicta mulier filium dicti T. constanter primitus afferuit, & ipse, ipsius praecipue devictus instantia, ipsum suum filium publice recognovit, & filius dicti T. nominatus (a) communiter fuit (2), & habitus ab ambobus; ejusdem mulieris postmodum juramento (3) in contrarium praestito (4) non est standum, cum nimis indignum sit juxta legitimas sanctiones (b), ut quod in sua voce quisquam dilucide protesta-
tur, id in eodem calu (5) proprio valeat testi-

monio infirmare (c), unde appareat per consequen-
tiam, quod praedictus R. memoratae S. cuius pri-
ma facie praejudicatur consobrinus (d), non potest
habere aliquatenus in uxorem.

C A P U T III.

Idem in conc. Later. const. XXXVIII.

Quoniam contra falsam assertionem iniqui c. II. e. t.
judicis innocens litigior quandoque non potest veram negationem probare: cum negatis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio (e), ne falsitas veritati praejudicet, aut iniquitas praevaleat aequitati, statuimus, ut tam in ordinario judicio, quam in extraordinario, judex semper adhibeat aut publica, si potest habere personam, aut duos viros idoneos (f), qui fideliter universa judicii acta conscribant, videlicet citationes (g), & dilationes (h), recusationes [i], & exceptiones [k], petitiones [l], & responsiones (m), interrogations (n), & confessio-

nes

(4) Praestite. (5) Eundem casum.

(1) *Dicto.* (2) *Fuerit.* (3) *Juratione.*

a Bene dicit *Nominatus*, & *habitus*, nam sola nominatio non facit eum filium, sup. de desponsat. impub. cap. I. C. de probation. Non epistolis.

b Hac verba habes C. de non numerata pecunia, *Generaliter*. c Nam cum assertione patris, & matris erederetur esse filius, ut sup. qui fil. sint legit. *Transmissio*, lib. I. multo potius pro filio presumendum est, * Non. ut sup. qui fil. sint legit. cap. I. lib. 3. D. de probation. *Etiam*. Sed nonne potius presumendum est pro primo dicto patris, quam pro secundo, cum non sit verisimile, quod in filium suum tam grave quid dixisset? arg. sup. de praescript. * cap. I. lib. 3. quia si filius ipsius fuisset, non potuissent viscera ejus nonuisse commota super eod. sup. de presumptione. *Affirte*, lib. I. & 23. q. 4. *Ea vindicta*, quia paternus affectus vincit omnem effectum, ut C. de curatore furioso. L. ult. in princ. Item potius dicto matris secundo credendum esset, quam primo, quia potius credendum esset juramento, quam simplici assertioni, maxime cum alia presumptione praecessit, quod de alio fuit genitus, certe omnes istas presumptiones elidit favor filiationis.

d Ergo consanguinitas presumptive probata dissolvit matrimonium, item propter connexitatem causae sententia lata pro uno praejudicat aliis, sic 3. q. 6. *Et hoc quippe*, & sup. de sponsal. *Ex parte*, lib. I. Jo.

e Triplex est negativa, facti, juris, & qualitatis, negativa juris & potest, & debet probari ab illo, qui eam proponit, ut D. de probat. Ab ea, quia semper praejudicatur aliquid potius esse juste factum, quam injus-
tia: negativa qualitatis dicitur illa, ubi qualitas negatur, ut cum dicitur: „iste non est idoneus, iste non est“ diligens, non est solvendo“, & hanc similiter potest, & debet probari ab illo, qui eam proponit, ut extr. 3. de verborum sign. *Dudum*, & D. de legat. 2. *Cum quidam*, & L. *Cum pater*. §. *Rogo*. C. de inoffic. testam. *Omnimodo*. Arg. contra C. de probationibus, *Ex persona*. Facti negativa si non habet adjunctam determinacionem loci, vel temporis, vel alterius rei, numquam probatur vel directe, vel indirecte, ut si aliquis dicat se numquam fuisse citatum, ut extr. 3. de elect. *Bona*, vel si aliquis dicat se numquam contraxisse cum aliqua, & de tali negativa loquitur lex, quod negantis factum per rerum naturam nulla est probatio, ut 6. q. 5. *Actor*, non obstat, extr. 2. de probat. 3. & extr. 2. de testibus *Tam litteris*, in fine, quia ibi nec directe, nec indirecte probatur, sed tantum presumptive; si autem annexam habet determinationem, tunc indirectam habet probationem, ut extr. 3. de testibus, *Ex tenore*. Jo.

f Sic ergo tabellio valet testimonium duorum hominum, alibi dicitur, quod valet testimonium trium, ut 16. q. 3. §. *Potest*, & ita plus creditur scriptura tabellionis, quam scriptura Episcopi, vel alterius judicis, quia scriptura judicis non creditur, nisi habeat subscriptionem testium, ut extr. 3. de testibus cap. I. & hoc ideo est, quia cum tabellio sit juratus, credendum est instrumento suo, ut extr. 1. de sponsalibus *Illiud*, extr. 3. de praescript. *Ad audienciam*, si tamen consuetudo regionis habet, quod credatur instrumentis Principum, illa servanda est, ut extr. 3. de fide instrum. cap. ult. Licet autem circa judicia credatur scriptura solius tabellionis, tamen circa contractus non creditur ei, nisi habeat subscriptionem testium, ut in authent. de heredibus & Falcidia. §. *Sancimus*. Joann.

g Sed quare non creditur judici, qui dicit, quod citaverit * partem, cum de hoc etiam creditur nuntio? ut extr. 1. de appell. *Cum parati*, & extr. 3. de elect. *Bone*, & D. de rebus eorum, qui sub tutela magis. §. *Illiud*, & 65. dist. *Si forte*, in fine, sed forte hodie soli nuntio non creditur: vel dic, quod quoad hoc creditur nuntio, ut saltum negans cogatur jurare se non esse citatum, ut extr. 3. de in. integr. rest. * *Citaverat*. *Ex litteris*. Joann.

h Sed * etiam quantum spatium contineat dilatio, ne per hoc detur occasio appellandi, ut extr. 1. de dolo, *Dilecti*, & etiam propter hoc scribitur, ut sciatur, quando possit puniri, ut contumax, quia non potest puniri, ut contumax, nisi post triann. citationem, vel unam peremptoriem, ut 24. q. 3. *De illicita*, & infra eod. *Sacro*, & D. de re jud. *Contumacia*: tamen si ad primam citationem non venerit, sed postmodum in alia citatione venerit responsurus, non prius audiatur, quam restituat expensas factas, ut C. de judic. *Sancimus*. La.

i Nam si reprobatur recusatio proposita, cassatus quidquid factum est post illam, sic ut & post appellationem, ut extr. 2. de eo, qui mittitur in possessionem, *Cum sicut*, in fine. Jo.

k Si quid tamen post exceptions quamvis probabilis propositas actum est, non statim cassatur, donec de eis constet, ut extr. 1. de testibus, *Ex parte Adae*. Jo.

l Quia secundum formam petitionis est formanda sententia, ut extr. 3. de simon. Licet, & si ineptam petitionem proponit, non admittitur, ut extra 3. de confirm. *Examinata*. Item ad hoc utilis est praescripta forma petitionis, ut sciatur, an reus plene potuit esse infrastructus ex ea, ut extr. 2. de dilat. *Præterea*, item ad hoc, quod nisi certa sit petatio, non citabit judex reum ut 5. q. 2. *Si primates*, & 3. q. 9. *Indicas*. Jo.

m Vel taciturnitates, ut 65. dist. *Si forte*, 54. dist. *Si servus*, ideo scribit responsiones, ut sciatur, an secundum * eas sit facta litis contestatio, vel quasi, ut extr. 1. de do-
lo & contum. *Prout*. Jo.

n A judge factas, nam partis interrogatio non auditur, sed tantum positio, quia calumniose posset petere interrogari, sed non posset calumniose posse, cum illud teneretur probare. Hoc tamen non nego,

* *Per*.

nes (a), depositiones testium, & productiones instrumentorum (b), interlocutiones (c), & appellations, renuntiationes (d), & conclusiones, & cetera, quæ occurrint, competenti ordine conscribendo, designando loca (e), & tempora (f), & personas, & omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quod originalia penes scriptores remaneant, ut si super processu judicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari, quantum hoc adhibito moderamine sic honestis, & discretis deferant judicibus, quod per improvidos innocentium justitia non laedatur. Judex autem, qui constitutionem ipsam neglexerit observare, si propter ejus negligentiam (g) aliquid difficultatis emerserit, per superiori in judicem animadversione debita castigetur, nec pro iphis presumatur (h) processu, nisi quatenus in causa legitimis constituerit documentis.

TITULUS VII. DE TESTIBUS.

(1) Archiepiscopo. (2) Radulphum de Arca. (3) Fuisse usum.

nego, quin possit pars a parte interrogare, postquam posuit, ut 30. q. 5. *Judicantem*, extr. 1. de dolo, e. ult. extr. 3. de concess. præbend. non vacant. Post electionem. D. de interrogat. actionibus, *Si fin.* Similiter advocati possunt interrogare, ut D. de adulteris, *Si postularerit*, 9. *Questioni*. Jo. a Quæ tamen etsi scriptæ sunt, possunt revocari, ut extr. 3. de censibus, *Olim*, dum tamen ante sententiam, ut C. de juris, & facti ignorantia, *Error*, sic patet, quod in spiritualibus negotiis, licet non præstetur sacramentum calumniæ, tamen præstabat sacramentum de veritate dicenda, aliter enim non crederetur confessionibus. Joann.

b Ut sciator, quando sit obtentum, quia lite inchoata obtentum non valeret, licet esset privilegium, ut extr. 1. de testibus. *Causam*. Item ut sciator, quando sit exhibitum, quia si exhiberetur postquam est renuntiatum allegationibus omnibus, non valet, ut extr. 3. de fide instrument. *Cum dilectus*. Jo.

c Licit scribi debeat interlocutoria, non tamen dicitur, quod ferenda sit in scriptis, an interlocutoria transfeat in rem judicatam, dixi, sup. eod. *Cum cessante*. Jo. d Post renuntiationem nulla admittitur exceptio, vel allegatio, ut C. de compensat. L. ult. arg. extr. 3. de testibus cap. 2. & extr. 3. de fide instrum. cap. ult. nisi evidens ratio moveat judicem, ut extr. 3. de causa possell. *Pastoralis*. Joann.

e Et omnes circumstantias, ut extr. 3. de testibus, *Cum causam*. f Et sic patet, quod hujusmodi instrumenta communia sunt, & cum die utrique parti sunt edenda, alioquin si non edantur, liceat appellatur, ut C. mltite pend. lib. 2. & C. de edendo, *Is*, apud quem. Similiter dico, quod die, ut sup. de offic. del. *Præterea*, lib. 2. fin. de rescript, *Eam*, lib. 2. & sup. de dilat. *Præterea*, lib. 3. & sup. de rescript. Sic autem, & sup. de fide instrument. *Ex litteris*, lib. 2. & hoc tam in communibus instrumentis, & in rescriptis Papæ, sed in privilegiis, vel privatis instrumentis, quæ aliquis propria sunt, non est exhibendus dies, ut sup. de fide instrum. *Contingit*. D. de edendo, lib. 1. §. *Dies*, nisi adversarius vellet probare illud falsum, ut sup. de fide instrument. *Inter*, lib. 2. C. de contrah. stipul. *Optimam*. g Si ex negligentia judicis altera pars damnum patitur, judex totum resarciet, ut infra eod. *Sacro*, & C. de testibus, *Si quando*, in fine, & C. de judic. *Sancimus*, in fine. Jo.

b Numquid ergo correcta sunt omnia jura, quæ dicunt, quod semper præsumitur pro facto judicis, ut extr. 2. de renunt. *In presentia*, extr. 3. de probat. cap. 1. extr. 3. de sent. *Sicut*, instit. de fideiuss. §. ult. 2. q. 6. *Hoc etiam placuit*. Item numquid de qualibet re præsumitur, quod sit iuste facta, donec probetur contrarium? ut D. de probat. *Ab ea parte*, arg. extr. 3. de verborum signif. *Dudum*, in fine. Dico, quod semper creditur sententia judicis, ubi consistat de processu causæ, sed si ibi dubium fuerit de processu judicis, non est præsumendum, quod iusto ordine, nisi probetur per acta, nam victores non aliter potentur, nisi eas ostenderint iuste latas, ut in authent. de iis, qui ingrediuntur ad appell. §. *Liquid*, sed si acta sunt perdita, probetur perditio, & sufficit, ut extr. 3. de privil. *Cum olim*, & C. de testibus, *Publicati*. Unde si Episcopus denuntiat aliquem excommunicatum, standum est sententia sua, si non absit subscriptio, ut 11. q. 3. *Cure*, si tamen dicit se inordinate excommunicatum, probandus esset processus debitus, ut infra de sentent. excomm. *Sacro*. Sed quid si excommunicatur post appellationem, numquid est interim virandus, quoad alia negotia? ut infra de sent. excomm. *Pertuis*, & sic potius præsumitur pro sententia judicis, quam pro domino suo, quod credo verum, in sententia excommunicationis; sed pone, quod illæ personæ appareant subscriptissime omnibus actis, numquid in tantum præsumitur pro eis, ut non possit admitti probatio in contrarium? Videtur, quod nihilominus contrarium possit probari, ut extr. 3. de præscript. *Ad audientiam*, extr. 2. de probat. cap. 1. extr. 3. de procurator. cap. 1. quia contra publicum instrumentum admittuntur testes. C. de probat. *Cum precibus*, infra de fide instrum. cum Joannes, nani & partes * possunt contradicere actis, ut C. de relation. lib. 1. C. de appell. *Quoniam*, & 2. q. 6. §. * *Testes*. *Biduum*, ibi *Ceterum verendum est* &c. compertum est enim elogia ex mala fide scribi, ut D. de custod. reor. *Divis*, & ad idem facit extr. 3. de accusat. *Cum dilectus*, extr. 3. de condic. appos. *Per tuas*, & hoc concedo, si per plures, & magis idoneos probetur contrarium. Jo. i Dubitationis causa fuit, quia videbatur, quod in crimen non possit cogi testis, ut in authent. de testibus §. *Quoniam*; sed bene potest cogi, dum tamen non agatur criminaliter, sic etiam cogitur in crimen incestus, sup. de testibus cogendis *Ceterum*, lib. 2. & ubi agitur de crimen in modum denuntiationis, vel inquisitionis, sup. de simon. *Licet*, lib. 3. Vel haec causa fuit dubitationis, quod cum clausula „testes autem, qui nominati &c.“ non fuerit inserta, non videtur, quod judices possent testes cogere, cum testes non sint de jurisdictione judicis, nec possunt extendere jurisdictionem ad illos, qui non sunt contenti in litteris; sed secus est, ut dicit, licet enim sola ea videantur delegata, sine quibus non potest jurisdictione exerceri (sive tali) potest exerceri, tamen & illud est delegatum cum sit accessoriū, nam omne accessoriū est delegatum, licet sine illo possit exerceri, ut sup. de divortiis, *De prudentia*, l. 2. & de officio delegati, *Prudentiam*, l. 2. Vel de hoc dubitabatur, an super criminali possint cogi testes, & dices, quod sic, nam cum lex Julia quasdam personas excipit, quæ non possunt cogi, ut 4. q. 3. *Lege Julia*, ergo omnes alii

C A P U T I.

Idem Archid. (1) Mediolan.

CUM contra magistrum Rodulphum de cap. 9. de Aca (2) Mariana Novarien. diœcesis, super eo quod dicitur falsas litteras reportasse, ac per se, seu procuratorem fuisse usus (3)eisdem, tibi duxerimus scripta nostra transmittere, postulasti per Ap. sed. oraculum edoceri, utrum super prefato vitio falsitatis testes compellere (i) debeas nominatos. Nos igitur frat. tuae breviter respondemus, quod testes, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per cens. eccl. debes ap. rem. compellere, veritati testimonium perhibere.

C A P U T II.

Idem.

A Lbericus miles nobis insinuare curavit, c. 43. eod. A quod cum olim inter ipsum, & C. mulierem Ravennatem coram capitulo Ravennate matrimonii quæstio verteretur, tandem exigente justi-

justitia, lata fuit divortii sententia inter eos: postea vero dictus miles duas diversis temporibus legitime sibi copulavit uxores, & filios ex eisdem suscepit: timens sibi, ne (1) filii suis ex eo posset (2) præjudicium generari, quod in scriptis (4) redacta non fuit sententia memorata, nobis humiliter supplicavit, ut super hoc paterna sibi sollicitudine præcaventes, testes, qui sententia interfuerent prædictæ, recipi faceremus. Quoniam igitur justa petentibus favorem nos decet benivolum impertiri, m. quat. testes curetis recipere antedictos, & depositiones ipsorum in scripturam publicam (5) re ligi faciat.

C A P U T III.

Idem Episcopo Belvacen.

c. 44. eod.

CUM in tua dioecesi, & infra. Utrum autem si accusatore idoneo comparente, per tres, vel IV. testes interjam conjunctos parentela probetur, per depositiones eorumdem posteriorum testium derogetur fidei XI. vel XII. proquinquorum, qui antiquiores tempore, ac præstantiores meritis ante contractum matrimonium in contrarium juraverunt, distinguendo personas, & gradus, a quibus directe II, de quorum copula agitur, descenderant, an primi posterioribus præferantur, non immerito quæri posset; quamquam autem (3) ad aliad, & ob aliud (4) juraverint illi, quam isti, si tamen secundo judicio priores personæ juratæ deponerent illa eadem, quam primo dixerunt, absque dubio eorum testimonia prævalerent, nec eo possent pretextu repelli, quod partes testificata didicerunt, cum talis exceptio locum non habeat in hoc casu (d).

C A P U T IV.

Idem.

c. 45. eod.

Constitutis in nostra præfentia ven. f. n. Archiepiscopo, & dil. fil. M. Canonico Surrentinis, dum eundem (4) M. de criminis simonia deferreret, &c. Ceterum, quoniam a principio protestatus est præfatus M. nobilem virum S. Surrentin. german. Archiepiscopi memorati, & quo-

- [1] *Vel.* (2) *Posse*, al. (3) *Deest al.*
(4) *Idem.* (5) *Illusam.*

ali cogi possunt. Jo. *a* Nota, quod sententia matrimonii tenet, licet non sit lata in scriptis. Alios etiam casus invenies, ubi non requiritur scriptura in sententia, z. q. I. *In primis*, & II. q. I. *Si quis cum clericis.*

b Ad hanc publicationem faciendam vocandi sunt omnes, quos res tangit, & heredes eorum; & examinandi sunt testes, & sup. de testib. *Significavit*, lib. 3. in eodem casu loquitur illud sup. de testib. *In nomine*. Ubi autem recipiuntur propter aliquem timorem, quod moriantur, vel recedant: item non est necesse vocari adversarium, nisi possit haberi copia, sed infra annum tenetur ad hoc, ut sup. in lite non contestata, *Quoniam frequenter*. Joann. *c* Quia prius actum fuit in modum inquisitionis de consanguinitate, nunc directe agitur in modum accusationis, unde propter diversum modum agendi, publicatis attestationibus possunt alii testes, vel iidem induci super eodem negotio, sup. de testib. *Veniens*, lib. 3. sup. de sacra unctione, cap. 2. lib. 3. tamen alia ratio redditur hic in fine. Vel dic, quod aliud agitur nunc, quam prius, quia prius actum fuit ad matrimonium contrahendum, nunc ad disiungendum. *d* Idest in causa matrimonii: & ita patet, quod si aliqua pars probavit consanguinitatem, quod post publicatas attestations pars adversa potest improbare consanguinitatem, ut hic, & sup. de testib. *Series*, lib. 2. nec * in casu tali etiam post sententiam illud posset fieri, cum sententia matrimonii, vel divortii non transeat in rem judicatam, sup. de testib. *Sicut*, lib. 1. sup. de sentent. & re judicata, *Consanguinei*, lib. 2. Sed hoc intelligo, cum pars adversa protestatur se velle in continenti improbare consanguinitatem, alias, si visis attestationibus hoc proponeret, præsumi posset subornatio, quia & si matrimonium sit res favorabilis, tamen majori cautela in majoribus utendum est, ut 7. q. 2. cap. ult. & circa majora periculum vertitur, 42. dist. *Quiescamus*. Joann. *e* Casum istum habes sup. de præsumpt. *Pervenit*, lib. 2. & sup. de testib. *Intimavit*, lib. 1. *f* Et ita juramentum tale ipso iure nullum est, quia etsi possit servari sine interitu salutis æternæ, & ideo servandum videtur, tum quia expedit peccata nocentium nota esse, D. de in injuriis, *Eum qui*, quia occultare veritatem in judicio peccatum mortale est II. q. 3. *Quisquis metu*, unde est illicitum, & sic patet hic, quod juramentum temerarium non repellit aliquem a testimonio, sic nec ab electione, ut sup. de elect. *Cum T.* lib. 2. Joann. *g* Licer præsumatur, quod iudicium sit de voluntate Episcopi, tamen hanc præsumptionem potest elidere, si vult, ut infra de homic. *Petrus*, lib.

dam alios ipsius Archiepiscopi consanguineos, multa impedimenta per suam potentiam (e) præstasse, quominus probationum copiam in nostra præf. secum habuerint, cum quosdam induxerint ad jurandum, ne adversus Archiepiscopum aliquid dicerent, & alios minis, & terroribus nitanter a testimonio perhibendo arcere. Nos ex officio nostro super hoc providere volentes, mandamus, ut generalem feras excommunicationis sententiam in omnes, qui impedimentum aliquod ipsi M. præstare præsumperint in testibus producendis. Illos autem, quos, ut dictum est, jurasse constituerit, quod contra Archiepiscopum nihil dicent, denunties juramento hujusmodi non teneri (f). Si quis autem de consanguineis Archiepiscopi aliquem de testibus præsumperit impediare, quia verisimile non videtur (g), ut eo invito talia fierent, & ob hoc non carere scrupulo societatis occultæ, eo quod si voluerit, potuerit prohibere, cum secundum legitimas sanctiones ini quam ostendat se causam fovere, & experiri debat judicis auctoritatem elusam (5) qui defensionis copiam (6) subtrahit adversario, eundem Archiepiscopum ab officio Pontificali suspendas, & facias rem. ap. ob. manere suspensum, donec illum fecerit a tali præsumptione cessare.

C A P U T V.

*Idem Madeburgen. Archiepiscopo (7) O.**Præposito Seburgen. (8)*

c. 46. eod.

Constitutis in præfentia nostra procuratore c. 46. eod. dil. fil. in Christo A. sororis nobilis viri Marchionis Missuen. & nuntio. *Illustris [9] Principis Bohemorum*, dil. fil. n. P. sancti Marcelli presbyterum Cardinalem concessimus auditorem, coram quo proposuit procurator nobilis memorata, quod cum olim ea significante ad nostram audientiam pervenisset, quod prædictus Princeps eam duxisset legitime in uxorem, & XIV. annis, & amplius velut conjugem legitime pertractasset, & filiis, & filiabus suscepit ex ea, Pragen. Episcopus ad petitionem, & mandatum ejusdem

[6] *Defensionem.* (7) *Episcopo.*[8] *Sebgi.* (9) *Nobil.*

* Et.

* Eff. omit.
Paris.

dem Principis, ipsa volente ad ipsum accedete, ut suas proponeret coram eo actiones, sed a satelliti- bus ejusdem Principis * est prohibita, qui ei bis vel ter prohibuerunt ingressum, post ap. ad nos interpositam, divortii sententiam promulgasset, a qua præfata nobilis per suum capellatum intra x. dies fecit ad nostram præsentiam provocari, &c. & infra. Nos igitur intellectis per Cardinalem prædictum, quæ fuerunt hinc inde proposita, attestations pro nobili memorata receptas, nec approbandas duximus, nec etiam improbandas, sed eas tempore discussionis decernimus (1) reser- vari; ut tunc pro illis, vel contra illas a partibus allegetur per Ap. sed. dis. v. per Ap. s. p. (2) m. quat. partibus ad locum idoneum convocatis, o- mni excusatione & contradictione ces. eos reci- piatis testes, quos nobilis ipsa, vel pro se, vel Princeps pro parte sua, cum nondum testificata didicerit (a), super processu Pragen. Episcopi, vel po- steriorum judicium duxerint (3) producendos, & nobilis ipsa vel testes, quos prius induxit (b) (4) vel alios, si voluerit, inducere non vetetur, cum non renuntiaverit testibus produ- cendis.

C A P U T VI.

Idem in conc. Later. const. LII.

c. 47. eod.

Licet ex quadam necessitate præter commu- nem formam olim fuerit institutum (c), in consanguinitatis, & affinitatis gradibus compu-

tandis valere testimonium de auditu, cum propter brevem hominum vitam testes de visu depo- nere non valerent (d) usque ad gradum * com- putando, quia tamen pluribus exemplis, & certis experimentis didicimus ex hoc multa pericula contra legitima conjugia provenisse, statuimus, ne super hoc recipiantur de cetero testes de audi- tu (e), cum jam quartum gradum prohibitio non excedat, nisi personæ graves extiterint (f), qui- bus sit fides merito adhibenda, & ante litem mo- tam (g) testificata didicerint ab antiquioribus qui- dē suis (h) non utique uno (i), cum non sufficeret ille, si viveret, sed duobus ad minus, nec ab infamib- us & suspectis, sed a fide dignis, & omni ex- ceptione majoribus, cum satis videretur absur- dum illos admitti, quorum repellerentur au- tores (k). Nec tamen si unus a pluribus, vel infam- mes ab hominibus bona fama acceperint, quod testantur, tamquam plures idonei testes debent admitti, cum secundum ordinem solitum judi- ciorum non sufficiat unius tellis assertio, etiam si præsidali dignitate præfulgeat, & actus legiti- mi (l) sint infamibus interdicti. Testes autem hujsmodi proprio juramento firmantes (m), quod ad ferendum testimonium in causa ipsa, o- dio, vel amore, vel timore, vel commodo non procedant, sed expressis nominibus, vel demon- stratione (n), vel circumlocutione sufficienti de- signent, & ab utroque latere singulos gradus (o)

cla-

(1) *Decrevimus.* (2) *Deest al. p.*

(3) *Duxerit.* (4) *Induxerit.*

lib. eod. & 1. q. 4. *Quia præsumptus.* a Et ita in causa matrimoniali post publicatas attestations non ad- mittuntur testes cum agitur de processu cause matrimonialis. Secus si ageretur de consanguinitate vel proban- da, vel improbanda, vel alio impedimento. Sed numquid judices isti ex suo officio debebant inquirere de processu prioris judicis? Ut 2. q. 1. *In primis*, sic ipsi tunc si volebant admittebantur ad improbandum eorum processum; hodie tamen non cogitur aliquis improbare processum judicis, ut sup. de probat. *Quoniam*, lib. eod.

b Numquid ergo iidem testes sapienti possunt induci quoisque sint attestations publicatae? Ita videretur hic, & sup. eod. *Cum causam*, lib. 3. videtur tamen non procedere † an velit eundem testem recipi denuo, an ex prædictis attestacionibus procedi, ut C. de testib. 1. ult. Quod concedo, quod numquam idem testis denuo po- test induci, nisi ex causa; ut si tunc forte non habuerit omnia in memoria, ut in auth. eod. §. *Quoniam*; nec

* *Nonnulli*, multi * D. de quæstionib. *Repeti*, alias tamquam suspectus repellitur, ut 4. q. 3. *Produc*. Joann.

c Ut 35. q. 6. *De parentela*. d Ut D. de gradib. *Non facile*. e Nisi sint graves personæ, ut statim se- quitur. f Non intellige graves appellari illos, qui in dignitate sunt constituti, cum aliud sit gravitas, quam dignitas, ut 4. q. 3. §. *Item in criminali*, in 2. lege, sed graves dicuntur, qui non sunt leves, sicut me- ritus dicitur, qui non demeruit, ut D. de legat. 2. *Cum pater*, §. *Rogo*, extr. 3. de scrutinio, cap. 1. vel graves hic appellantur seniores, ad quos tamen ultimo recurritur deficiente parentela, ut 35. q. 6. cap. 1. & se- nibus in dubio major fides adhibetur, ut D. de fide instrum. 1. ult. g Quærerit enim debet, quando, & a quo didicerint, ut extr. 1. de consang. & affinit. *Ex litteris*. h Sic patet, quod nec hodie recipiuntur testimonia de auditu, nisi a senioribus audierint, & forte non ab extraneis, sed a suis. i Quia si mille ab uno audi- vissent, omnes pro uno reputantur, ut 1. q. 1. *Cito*, & D. de condic. & demonstr. *Cui fundus*. Sed quid si illi duo audiverunt a pluribus, & illi plures audiverunt ab uno? Nec tunc valet. Secundum hoc videretur, quod judex ascendit in quæstionibus talibus usque ad primum in principium, quia licet primi audivissent a pluribus, & illi similiter audivissent a pluribus, potest * tamen esse, quod illi tertii audiverint ab uno; & sic o- mnium testimonium non valeret. Sed hæc quæstio non procedit ex eo, quod dixi, quod tantum a senioribus suis debent testes didicisse, & si vellet testari de eo, quod audivit a quibusdam aliis, locum haberet objectio. Item & si centum essent testes, & quilibet audivit ab alio, quam alter, testimonium non valeret, nisi qui- libet ad minus a duobus audiverit, ut hic dicitur. Quod mirum videretur, cum tamen illorum testimonio cre- deretur, vel intelligas conjunctum, quod hic dicitur, ut scilicet non sufficiat, quod plures testes audierunt ab uno, sed ad minus a duobus. Arg. contra ista infra qui matrimon. accusare poss. *Cum in tua*, Joann.

k Argum. quod infamia non inducit purgationem, quæ ab inimico auctore, vel aliquo levi processit, ut 11. q. 3. *In cunctis*. l Ut extr. 3. de excessib. prælator. *Inger*. m Sup. de testibus *Quotiens*, lib. 1.

n Non enim interest *, an proprio nomine, an demonstratione, vel circumlocutione res exprimatur, ut D. si certum per. *Cerum*. o Numquid ergo tenetur probare de stipite? Non credo, quia de hoc non inventimus cautum, sed tantum de lateribus, ut extr. 2. de testib. *Serius*: & canon ponit ipsos fratres pro stipite, ut 35. q. 5. cap. 1. Sufficit ergo probari de fratribus, ut infra de consanguinitate, & affinit. *Tua*. Sed quid si testes bene probant de uno latere, & alii testes probant de alio latere, numquid probata est consanguinitas? Dicunt quidam, quod non, quia nec illi probant consanguinitatem, nec illi, sed certe, qui hoc dicunt, cæci sunt, quia si probavi * de Martino, quod sit filius Joannis, per consequens probavi *, quod Joannes est pater Martini. Item si alii testes probant, quod Berta est filia Joannis, per consequens est probatum, quod Joannes est pater Berti. Cum ergo iudicii constet, quod Joannes est pater Martini, item & constat ei, quod est pater Berti: ergo constat ei, quod Martinus, & Berta sunt frater, & soror, & ita probata est consanguinitas il-

* *Probat*.

* *Probat*.

* *Eorum*.

* *Habeant*.

lorum *, quod concedo: & ita non semper requiritur, quod testes ab utroque latere notam faciant * consan- guini-

* *Septimum*
computando,
Cujac.

clara computatione distinguant, & in suo nihilominus juramento concludant, se accepisse a suis majoribus, quae deponunt, & credere ita esse, sed nec tales sufficiant, nisi jurati deponant se vidisse personas, vel taliter uno prædictorum [a] gra- duum constitutas pro consanguineis se habere: tolerabilius est enim aliquos contra statuta homini- num dimittere copulatos, quam conjunctos le- gitime contra statuta domini separare.

T I T U L U S VIII. DE FIDE INSTRUMENTORUM.

C A P U T I.

Idem Petro civi Viterbien.

cap. 10. de
fide instr. **C**UM Joannes eremita a te centum triginta libras ex causa mutui coram Donadeo, & Joanne judicibus Viterbien. petiisset, & ipse (1) ex adverso proponeres, quod cum idem Joannes in C. & LXXX. libris tibi pro pretio domus, quam eidem vendideras, teneretur, CXXX. libras ex il- lis debebat non immerito in mutuo compensare, ac tam super his, quam super quibusdam aliis ar- ticulis inter nos fuisset aliquamdiu litigatum: idē judices utriusque partis rationibus intellectis, & diligenter inspectis attestationibus, & publi- cis instrumentis, te sententialiter (2) condemna- runt, ut eidem Joanni prædictæ domus possessio- nem vacuam traderes, & a creditoribus libera- tam, & infra. Cum ergo (3) ab hac sententia ad nostram duxeris audientiam appellandum, & nos tam tibi, quam eidem [4] Joanni dil. fil. n. Te, subdiac. & capellanum nostrum dederimus audi- torem, ex parte tua fuit propositum coram eo supradictæ domus venditionem non puram, sed conditionalem potius extitisse, ac nullatenus te teneri ad traditionem ipsius: quattuor nihilomi- nus ad hoc testibus probandum inductis, quod etsi novum esset capitulum, pendebat (b), ta- men ex veteri, qui jurati depotuerunt te interfuisse contractui inter te, & prædictum Joannem super domo posita * in hora (5) S. Blasii celebra- to, pro qua CLXXX. librar. premium tibi fuerat constitutum, tali videlicet adjecta conditione, ut tu domum ipsam inhabitares libere in vita tua, & post obitum tuum Matthæo, & R. natis tuis, e- juïdem Joannis nepotibus remaneret, cuius con- ditionis intuitu domum ipsam eidem Joanni pro-

* Al. eccl-
esia, vel ru-
ga, Cujac.

Tom. IV.

[1] *Tu.* [2] *Al. Speci. liter.* [3] *Igitur.*

[4] *Dicto.* [5] *Horto, forte.*

[6] *Monaldi.*

minoris pretio vendidisti, cum a G. Monalidi (6) pro ipia cc. libr. potuisses habere: anni vero, mensis, & diei, quo venditio facta fuerat, idem testes dixerunt se minime recordari. Dictus vero Joannes venditionem ipsam non conditionalem, sed puram proposuit extitisse; ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum anno domini- cæ incarnationis MCCVIII. [VI.] (7) mense Novembri, die quarto confectum, in quo profitebaris te propria voluntate vendidisse, ac tradi- diisse domum ipsam eidem (8) Joanni eremita, & postea CLXXX. libr. premium recepisse; tabellio- nem vero (9), qui confecerat instrumentum, & u- num ex testibus in instrumento subscriptis ad id (10) probandum induxit. Sed licet tabellio ven- ditionem puram extitisse firmaverit (11), prout etiam testis asseruit, venditionem esse factam in serie instrumenti continetur. Verum tamen sub conditione, vel pure fuerit contractus initus (c), dixit se minime recordari. Porro cum dubitatio fuisset exorta, utra deberet probatio prævale- re (12), pro tua fuit parte propositum, quia etsi secundum legitimas (d) sanctiones, eandem vim obtineant instrumentorum fides, & depositiones testium in libibus exercendis, non tamen quodlibet instrumentum (e) tanti debet esse momenti, ut trium, vel plurium idoneorum testium deposi- tionibus præferatur. Satis est etenim, si propter tabellionis auctoritatem, qui suum officium fide- liter adimplere præsumitur, cum ad hoc teneatur ex juramento, tanta fides adhibetur instrumento confecto, quanta foret duobus idoneis testibus ad- hibenda. Sed cum per iv. testes omni exceptione maiores fuerit manifeste probatum, supradictam venditionem fuisse conditionaliter celebratam, eorundem depositiones asseruit instrumento me- rito præferendas. Ad hoc autem fuit ex adverso responsum, quod cum idem Jo. intentionem suam per jam dictum fundaverit instrumentum, cui fi- des est indubitate adhibenda, cum nec cancellatum (f), nec abolitum, nec corruptum sit in aliqua parte sui, ac tu in modum exceptionis (g) venditionem ipsam non pure, sed conditionaliter asseris celebratam, nec per testes ad hoc inducitos de certo (h) fuerit tempore facta fides, & ideo non appareat, quod super illa venditione depo-

M m m m

nant,

(7) *Forte, MCCVII.* (8) *Tuam.* (9) *Quo-*

que. [10] *Idem.* (11) *Firmaris.*

(12) *Valete.*

guinitatem. Item si volo improbare consanguinitatem, non est necesse, quod omnes gradus improbem, sed sufficit unum gradum improbare: ut extr. 2. de testib. Series. Joann. * Sive propinquo, sive remoto.

b Quia de prædictis novis capitulis judex appellationis cognoscere non posset, sed de his, quae pendent ex veteribus, ut C. de tempor. appellationum *Per hanc*, & ex hoc patet, quod licet coram judge, a quo appellavit, unam causam proposuit: tamen coram judge appellationis aliam potest adscire, et sup. de appell. *Constitutus*, in fine. D. de appella. *Socio*, & instrumenta, & probations prius omissas, ut in lege illa, *Per hanc*.

c Ab initio, cum primo contractus fuerit initus. d Ut C. de fide instr. In *exercendis*. e Et ita patet, quod contra instrumentum, quantumcumque publicum admittuntur testes, ut hic, & sup. de præscr. *Ad audientiam*, lib. 3. & C. de probat. *Cum precibus*. Si quæraris, quot testes præjudicent instrumento; dico, quod quatuor, vel quinque ad minus, quia auctoritas tabellionis valet duos testes, ut hic dicitur, & sup. de probat. *Quoniam*, lib. eod. & ipsum instrumentum valet duos testes, quia parem vim habet probatio testium, & instrumenti, ut hic dicitur, & C. de fide instrum.

f In *exercendis*, sic ergo ipsum instrumentum valet tres testes ad minus, oportet ergo, quod ad minus per quatuor testes improbetur. In duobus autem casibus testes non admittuntur contra instrumentum, ut in inventario publico confecto, ut C. arbitrium tutelæ, l. ult. & in confessione mulieris, quæ confitetur se recepisse pecuniam per intercessionem, ut C. ad Vellejanum, *Antique*, & alii distinguunt, an factum sit remotum ab hujusmodi * *Humanæ* memoria, vel non, ut plene notavi. 4. q. 3. f Hæc verba habes C. de edicto D. Hadri. tollend. l. ult. forte.

g Verum non videbatur pro ipso sententiandum, sup. de ordin. cogn. *Cum dilectus.* h Propter quod vi- deba-

nant, quam ostendat per instrumentum determinato tempore contractam fuisse. Hujusmodi probatio videbitur inefficax ad intentionem contrariam eludendam. Verum responsum istam proponebas invalidam, quoniam cum utraque pars a nobis interrogata fuerit, & in jure confessa, quod unica tantum venditio super domo contraria fuerit, & ex depositionibus testium liqueat venditionem dominus conditionaliter celebratam fuisse, ex utriusque colligitur confessione eandem dominus venditionem fuisse conditionalem, non obstante, quod ipsa interrogatio fuerit facta, postquam [a] a partibus extitit in causa conclusum, cum iudex usque ad prolationem sententiae debeat universa rimari, & possit interrogare de facto, quoties aliquid dubitationis occurrit (1). His ergo, & aliis tam coram nobis, quam coram dicto capellano propositis & plenius intellectis, de fr. n. con. pronuntiamus venditionem prædictæ domus fuisse conditionaliter celebratam, & te nullo modo obligatum ad traditionem ipsius, super hoc memorato Joann. perpetuum silentium imponentes. Sententiam vero judicium prædictorum, quam in (2) pronuntiatæ noscuntur, cum hujusmodi exceptio b coram ipsis, nec probata fuerit, nec objecta, quoad dictum articulum 3. infirmamus, sed quoad alios approbadam duximus, & auctoritate Ap. confirmandam.

TITULUS IX. DE JURE JURANDO.

CAPUT I.

e. 28. de
jurejur.

CUM contingat (4) interdum in tua dioec.

(1) Occurrit. (2) Inde, forte.

(3) Caputum. (4) Contingit.

debetur non valere, sup. de fide instrum. Inter, lib. 3. D. de edendo, l. 1. §. Editiones. a Sic patet, quod iudex post avertas attestations, potest interrogare partes, ut D. de interrog. actionib. Ubicumque, sic dico, quod iudex ex suo officio potest inquire veritatem, ne aliquid prætermisum remaneat, ut 30. q. 5. Judicarem, sed tamen ad petitionem partis illud non debet facere, ut sup. de probat. cap. 2. lib. 3. De hac materia dixi 30. q. 5. Judicantem, sed numquid audienda est, si vellet aliquid proponere publicatis attestacionibus? Sic, super novo articulo, sicut & posset super illo inducere test.

b Videret ergo, quod exceptio omessa ante sententiam possit obici post sententiam, sic sup. de pr. vi leg. Cum olim, lib. 3. sed contra sup. de sent. & re jud. Inter, lib. 2. & 3. q. 6. §. Excerpta. Respond. quo licet in modum exceptionis non possit obici quasi omisum, potest tamen in modum accusationis, si sup. de compeniat. Quod in diuin, & ut sup. appell. Constitutus, lib. 3. Joann. c Ut D. de fund. dotali, Lex Julia.

d Quid est ergo, quod dicit utriusque juris regula: „quod contra leges sit, pro infecto habendum est?“ Ut 10. dist. Vides, C. de legib. Non aubum, & sup. de fide instrum. Inter, lib. 3. Item cum talis contractus a jure sit damnatus, ut D. de fundo dotali, Lex Julia. C. ad Vellejanum authent. Sive a m., qualiter præstat juramentum ipsi robur, cum juramentum non sit vinculum iniquitatis, ut 22. q. 4. Inter. Neque enim illud solum sufficit, quod sine interitu potest servari, quia illud fallit in temperatissimis juramentis, sup. de jurejur. Sicut, lib. 2. & sup. de testib. Constitutus, lib. eod. & sup. eod. Tua, lib. 2. Item qui iurat le exhereditaturum aliquem, illud potest servare sine interitu, & tamen non tenetur illud servare, sup. eod. Quintavallis. Item fallit infra de pignorib. Significante, item cum quis iurat, quod faciet alium heredem, hoc juramentum non teneat, & tamen illud licite potest servari, ut D. de verbis. oblig. Stipulatio hoc manu. Item si iuravit se solutum pecuniam ipse futurae numerationis, ut C. de non numerata pecunia, Indubitate. Item ubi iurat aliquis, quod est in honestum, vel tendit ad in honestatem, vel quod est incommodum, licet possit servare, nec tamen ad hoc tenetur, sup. de iurejurando. Quemadmodum, D. de legat. primo, Si quis inquit, & ult. vel ubi quid immoderatum præcipitur. D. de operis libet. l. Si liberus, vel ubi libertas testandi auterrur. D. de legat. 3. Si quis, vel ubi onerant libertatem. D. quarum rerum actio non deratur, l. 1. §. Que unerant. Item cum ei non servatur fides, ut infra cap. prox. Item cum servus ante manumissionem iurat præstare operas, ut D. de manumiss. testam. Servum testamento. Item cum per juramentum inducitor alicui perpetua viduitas, ut D. de jure patron. Adigere, in omnibus illis non tenet juramentum, licet possit servari sine interitu. Ad hoc dic, quod lex considerat, quid utile sit, & honestum corpori; nam expedit mulieribus dotes salvas esse, ut inveniant aliquem, cui nubere possint, ut D. soluto matrimon. l. 1. sed canon considerat utilitatem animæ, vel dic, quod tunc præjudicat ei juramentum, quando aliunde potest consulere mulieri, ut dicitur in illa auth. Sive a me. e Ergo juramentum per vim, vel metum præstitum, non est servandum. Quid juris sit de hoc, dixi 15. q. 6. Auctoritatem, f Dictorum filiorum. g Illud autem spectat ad judicium ecclesie, sup. de foro compet. Super, lib. eod. b Si enim in justo bello occupasset res ejus, statim facta esset sua, ut 23. q. 5. Dicte. i Quia juramentum non servanti non est servandum, sup. de jurejur. lib. 1. Pervenit, argum.

quod constante matrimonio mulieres alienationibus super rebus dotalibus, & donatione propter nuptias sibi data consentiant, ne (5) contra ulterius veniant, proprio sacramento firmando, ac soluto proceditu temporis matrimonio, contravenire nituntur, utrum eis hoc liceat, a nobis tua fraternitas requisivit. Nos autem fraternitati tua respondemus, quod eti mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius secundum legitimas sanctiones [c], ne tali praetextu viam contingat perjurii aperiri, mulieres ipsa servare [d] debent hujusmodi juramenta, si sine vi (e), & dolo, sponte, ac provide præstata sint, cum in alterius [f] præjudicium non redundant (6), nec observata vergant in dispensarium salutis æternæ.

CAPUT II.

Idem.

Sicut, & infra. Si vobis constituerit, quod prædictus H. injuste g bellum moverit contra I. ipsum H. monere attentius, & inducere studeatis, ut terram ipsum, & alia universa per hujusmodi violentiam occupata, sine dilatione restituat (h) conquerenti, eum a præstito sibi juramento prorsus absolventes. Quod si monitis vestris forte acquiescere noluerit, ipsum (7) ad hoc, si præmissa veritate nituntur, personam excommunicationis, & terram ejus interdicti sententia supponentes, sub. cujusc. contr. & ap. ob. compellatis. Juramentum autem, quod I. ultimo se assenserit præstisse, si de assensu factum est utriusque, eum non ligat (i), qui [8] præstisit, dum

[5] Nec. (6) Redundant. [7] Ipsam.

(8) Quod.

D. de edendo, l. 1. §. Editiones.

dum ille, cui præstitum fuerat, servare negligit
(1), quod promisit.

C A P U T III.

Idem in conc. Later. const. XLIII.

c. 30. eod.

Non suntur contra viros ecclesiasticos, nihil temporale (a) obtinentes ab eis, ad præstandum sibi fidelitatis juramenta compellunt. Quia vero secundum Apostolum servus aut stat domino suo, aut cadit, sacri auctoritate concilii prohibemus, ne tales clerici personis sacerularibus præstare cogantur hujusmodi juramentum.

T I T U L U S X.
D E P RÆS C R I P T I O N I B U S.

C A P U T I.

Idem dit. fil. Abbarib. Priorib. Tempkariis, Hosptalar. aliisque religiosis, & aliis ecclesiistarum Prælatis.

Vide c. 16. de præscr.

Significavit nobis ven. fr. n. Legion. Episcopus, quod cum idem, vel Archid. suus dicet, suam visitant, juxta quod officium poscit pastore, quidam vestrum præscriptionem (b), seu etiam consuetudinem allegantes, procreationem debitam sibi denegant exhibere. Cum igitur in procreationibus, quæ ratione visitationis debentur, nequaquam currat præscriptio; univ. ve. per Ap. sed. pr. m. quat. eisdem visitationis officium excentibus præscriptione nequaquam obstante, vel alia causa irrationali, sub. app.

[1] Neglexerit. (2) Deest at.

contrar. 33. q. 5. *Quod Deo.* a Si enim temporalia possidentur a laicis, in his sunt minores eis, ut extr. 3. de major. & obed. *Solita*, & 18. dist. *Si Episcopus.* non præscribitur, ut hic, sup. de major. & obed. *Cum ex officii*, sed in aliis procreationibus quæ debentur ratione consuetudinis, bene præscribitur, de quibus loquitur 18. q. 2. *Servitia*, vel quæ debentur ex prima constitutione, de quibus dicitur 18. dist. *Eteutherius*, & generaliter in nullo, quod spectet ad obedientiam, præscribere videtur, ut sup. de præscr. *Cum non licet*, sup. de transact. *Præterea*, lib. 2. sed in his, quæ non pure spectant ad obedientiam, sed potius ad parochialia iura, bene præscribitur, ut sup. eod. *De quarta*, lib. 1. & quod hic dicitur, intellige, nisi quis præscriperit libertatem, nam tunc præscribit contra obedientiam, & alia iura libertatis, sup. de privileg. *Cum olim*: vel si medio tempore fuit obedientis, tunc præscriptum est contra obedientiam prioris, & in hoc casu magis ipse præscribetur, quam præscribat, ut sup. de præscript. *Cum ex officii*, & sup. de privil. *Cum olim*, lib. 3. *Actedentibus.* d Parvorum in lectis parentum. f In dedicationibus ecclesiistarum. g Sup. de capellis monachor. *In ecclesiis*, lib. 1.

b Quod solus Episcopus potest, sup. de iis, quæ sunt a major. part. cap. *Quæsivit.*

i Privilegium amplius non extenditur, quam verba privilegii sonant, sup. de privileg. cap. ult. lib. 1.

k In his omnibus, quæ præmissa sunt, nam in quibusdam possunt se tueri alio iure, ut infra de excess. præscr. *Accidentibus.* l Supple „ in omnibus prædictis “, vel dic, quod licet consuetudine se non possunt tueri,

possunt tamen se tueri præscriptione, ut sup. de præscript. *Auditus*, lib. 3. m Non enim sufficit habere pri-

velegium, nisi sit usus ipso iure. D. de nundinis, l. 1. sup. de privileg. *Si de terra*, & C. de præscript. 30. annor. *Sicut in regn. Joann.* n Argum. contra extr. 1. de jure patronat. *Cura*, & extr. 2. de præscript. *Signifi-*

carit. Sed ibi bona fide possedit, licet minus justo titulo; & ad præscriptionem sufficit qualiscumque titulus,

licet minus justus, ut extr. 2. de empt. *Pezzenit*, & extr. 3. de consuetud. cap. ult. item contra extr. 1. de præscr.

De quarta, sed ibi scientia Episcopi induxit tacitum consensum, & ille consensus fuit ei titulus. Item

fidem potuit habere bonam, si ponas ipsum successisse alteri. Dicitur autem quis bonæ fidei, licet erret in fa-

ctio, ut D. de verbis, signif. *Bona fidei*. Idem videtur, si ergeret in iure, ut extr. 1. de jure patr. *Cura*, & D.

de petit. hered. *Sed & scilicet*, §. *Scire*, licet in usucaptione non prospicit juris ignorantia, ut D. de usucaptionib. *Num-*

quam, & licet hic non fiat mentio de titulo, tamen & titulus requiritur, vel verus, vel præsumptus, ut extr.

3. de præscript. *Si diligenter*, quia ex solo tempore non inducitur obligatio, cum nec tollatur solo tempore, ut

D. de actionibus & obligation. *Obligationem fere*. Unde non sufficit allegare cursum temporis, nisi alleget titu-

lum, & hædem; & probato tempore præsumendum est de titulo, & fidei; alio enī modo non cogitur proba-

re titulum. Sed quid si adversarius vellet probare ipsum nullo titulo habuisse, sed potius per violentiam? Vi-

debet, quod debet audiri, ex quo vult probare originem possessionis vitiosam, ut notatur C. de pignorat.

actione, *Ne creditores*, & C. de præscript. 30. annor. *Male fidei*, & C. de distract. pign. *Et si*, & 16. q. 3. *Sed*

sacerdotes, & cap. seq. & cap. *Licet*, & cap. *Prima*, in fine, & 93. dist. *Illud*, & C. de præscript. 30. an-

nor. Si quis emptionis. Arg. contra, quia quadragenialis præscriptio omnem actionem excludit, ut extr. 1. de præscr.

Ad aurei, & C. de præscr. longi tempor. l. ult. in fine. *Solutio*: ad hoc dico quod licet talis in initio non

habuit titulum, tamen postea incipit habere per tacitum consensum actoris, unde nullam exceptionem jus

admitit, quia præscriptum est contra actionem; tamen videtur satis dicendum ex hac constitutione, cum quis

vult probare defectum fidei, & tituli, quod admittendus sit. Sed numquid tenetur quis probare titulum? Vide-

ob. debitam procreationem impendatis; alioquin sententiam, quam idem propter hoc rationabili- ter tulerint in rebelles, ratam, & firmam habe- bimus.

C A P U T II.

Idem Episcopo Castellano Pontif. sui

anno XVII.

Intellesto dudum per ven. fr. nostrum Episco- Vide c. 12.
pum Perusin. quod Abbates in Perusina dicec. de excess.
constituti, causas matrimoniales (c) audire, &
de homicidiis, & oppressionibus (d), & aliis cri-
minibus injungere penitentias (e) attemptabant,
& remissiones (f) etiam publicas populo facien-
tes, & in parochialibus ecclesiis insituentes, ac
desituentes presbyteros, eodem Episcopo mini-
me requisito (g), excommunicabant ipsos pre-
sbyteros, & etiam (z) in plerisque locis suppo-
nebant populum interdicto (h). Quamquam in
privilegiis eis concessis hujusmodi iurisdictio non
contineatur expressa (i), eis dedimus in manda-
tis, ut nisi ostenderiat super his concessionem s.
Ap. (k) se habere (l), ac fore usos (m) eadem, de
cetero a prædictis omnino cessarent confuetudine
non obstante, quæ confuetudo dici non debet,
sed potius corruptela.

C A P U T III.

Idem in conc. Lat. const. XLI. (3)

Quoniam omne, quod non est ex fide, pecca- e. alt. hoc t.
tu*n* est; synodali judicio diffinimus, ut
nulla valeat absque bona fide (n) præscriptio tam

M m m m 2. cano-

(3) XL.

f In dedicationibus ecclesiistarum. g Sup. de capellis monachor. *In ecclesiis*, lib. 1.

h Quod solus Episcopus potest, sup. de iis, quæ sunt a major. part. cap. *Quæsivit.*

i Privilegium amplius non extenditur, quam verba privilegii sonant, sup. de privileg. cap. ult. lib. 1.

k In his omnibus, quæ præmissa sunt, nam in quibusdam possunt se tueri alio iure, ut infra de excess. præscr. *Accidentibus.*

l Supple „ in omnibus prædictis “, vel dic, quod licet consuetudine se non possunt tueri,

m Non enim sufficit habere pri-

velegium, nisi sit usus ipso iure. D. de nundinis, l. 1. sup. de privileg. *Si de terra*, & C. de præscript. 30. annor. *Sicut in regn. Joann.*

n Argum. contra extr. 1. de jure patronat. *Cura*, & extr. 2. de præscript. *Signifi-*

carit. Sed ibi bona fide possedit, licet minus justo titulo; & ad præscriptionem sufficit qualiscumque titulus,

licet minus justus, ut extr. 2. de empt. *Pezzenit*, & extr. 3. de consuetud. cap. ult. item contra extr. 1. de præscr.

De quarta, sed ibi scientia Episcopi induxit tacitum consensum, & ille consensus fuit ei titulus. Item

fidem potuit habere bonam, si ponas ipsum successisse alteri. Dicitur autem quis bonæ fidei, licet erret in fa-

ctio, ut D. de verbis, signif. *Bona fidei*. Idem videtur, si ergeret in iure, ut extr. 1. de jure patr. *Cura*, & D.

de petit. hered. *Sed & scilicet*, §. *Scire*, licet in usucaptione non prospicit juris ignorantia, ut D. de usucaptionib. *Num-*

quam, & licet hic non fiat mentio de titulo, tamen & titulus requiritur, vel verus, vel præsumptus, ut extr.

3. de præscript. *Si diligenter*, quia ex solo tempore non inducitur obligatio, cum nec tollatur solo tempore, ut

D. de actionibus & obligation. *Obligationem fere*. Unde non sufficit allegare cursum temporis, nisi alleget titu-

lum, & hædem; & probato tempore præsumendum est de titulo, & fidei; alio enī modo non cogitur proba-

re titulum. Sed quid si adversarius vellet probare ipsum nullo titulo habuisse, sed potius per violentiam? Vi-

debet, quod debet audiri, ex quo vult probare originem possessionis vitiosam, ut notatur C. de pignorat.

actione, *Ne creditores*, & C. de præscript. 30. annor. *Male fidei*, & C. de distract. pign. *Et si*, & 16. q. 3. *Sed*

sacerdotes, & cap. seq. & cap. *Licet*, & cap. *Prima*, in fine, & 93. dist. *Illud*, & C. de præscript. 30. an-

nor. Si quis emptionis. Arg. contra, quia quadragenialis præscriptio omnem actionem excludit, ut extr. 1. de præscr.

Ad aurei, & C. de præscr. longi tempor. l. ult. in fine. *Solutio*: ad hoc dico quod licet talis in initio non

habuit titulum, tamen postea incipit habere per tacitum consensum actoris, unde nullam exceptionem jus

admitit, quia præscriptum est contra actionem; tamen videtur satis dicendum ex hac constitutione, cum quis

vult probare defectum fidei, & tituli, quod admittendus sit. Sed numquid tenetur quis probare titulum? Vide-

tur,

canonica, quam civilis (a) cum generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quæ ablique mortali peccato non potest servari. Unde oportet, ut qui præscribit, in nulla temporis parte (b) rei habeat conscientiam alienæ.

TITULUS XI.

DE SENTENTIA, ET RE JUDICATA.

CAPUT I.

*Idem R. militi.*cap. 22. de
sent. & re
judic.

CUM te a Bartholomæo injuriarum accusacione convento, eo quod dixeris equum tuum non esse minoris pretii, quam capillos illius, judices, qui super hoc cognoscebant, te in x. solidos condemnassent, tu timens, ne ipsorum sententia te notaret 1) infamia [c], beneficium restitutionis ad famam a sed. Ap. implorasti. Nos autem considerantes, quod nulla fuerit, vel minima d) injuria facta 2) volumus te per prædictam sententiam infamia non notari (e).

CAPUT II.

Idem.

c. 24. eod.

AD probandum [f], quod procurator dominæ, &c. & infra. Vos autem interim agnoscatis de confirmationis sententia, quæ lata est a judicibus delegatis de electione custodis, ut eam,

- (1) Al. notarit.
- (2) Supradicta.
- (3) Fuerit.

* Ubi.

tur, quod sic, ut extr. 1. de præscript. *Licet*, extr. 3. eodem, *Si diligente*, Respondeo, cum * præsumitur contra aliquem, non sufficit allegare titulum, nisi & probet, alias sufficit probare tempus, ut præsumatur titulus, sed contra infra de decimis. *Dudum*. Joann.

a Si queris, quomodo Papa possit aliquid starnere de præscriptione laicorum, dico, quod ratione peccati, quia omnis cœla ratione peccati ad ecclesiam spectat, ut extr. 3. de jude. *Novi*. Sed numquid interrumpentur præscriptiones jam inchoatae ante hanc constitutionem, vel numquid tuti erunt præscriptione illi, qui ante hanc constitutionem præsiperunt? sic, quia constitutio nec ad præterita, nec ad ea, que adhuc pendent, extenditur, nisi hoc nominatum dicatur, ut C. de leg. *Leges*. Item quid si prælatus habet lœsam conscientiam alicuius rei, quam possider, sed ecclesia habet bonam fidem, numquid teneretur rem deserere? *Resp.* non, sed significabit illi, cuius res est, ut eam petat, nec in hoc facit fraudem, ut D. de negot. *gestis*, *At qui natura*. §. *Cum me absenie*, & D. *mandati*. *Quintus*. Joann.

* Fuit.

b Scilicet ipsius præscriptionis. Si enim post præscriptionem scivit, quod res sit * aliena, non ideo dicitur tunc mala fide possidere, nec habere conscientiam rei alienæ; nisi ita velis intelligere, id est rei, quæ fuit aliena, modo non est aliena. Sed quid si tempore præscriptionis habuerit conscientiam lœsam, sed postea per dicta aliquorum * iterum incipit habere non lœsam, numquid per hoc est interrupia præscriptio? non, quia illa conscientia fuit erronea: tamen si habet erroneam conscientiam, oportet, ut deponat errorem, ut extr. 3.

* Aliorum.

* Reddat. de simon. cap. ult. Item quid si dubitat, an res sit sua, & justam habeat causam dubitationis? aut reddet * rem in hoc casu, aut retinere potest eam licite? *Dico*, quod in dubio licite utitur fructibus, quia quantum ad fructus percipiendos dicitur bona fidei possessor, licet dubitet de jure suo, ut D. de usuris. *Qui fecit*. §. *Bona*. Sed numquid hoc casu præscribit? potest dici, quod sic. Quia licet haber conscientiam dubiam, non tamen lœsam, nec habet conscientiam rei alienæ, inquirere tamen tenetur ab aliis de re illa, ut sic perveniat ad veritatem. Joann. c Nam accusatio injuriam infamat, sive civiliter, sive criminaliter agatur, D. de his, qui notant, infamia, *Athletas*. §. ult. si quis autem famosa actione te conveniat, si vis evitare infamiam, constituue tunc procuratorem, ut D. de his, qui notantur inf. *Furti*. d Quia non omnia talia verba pro injuria sunt habenda, ut si ex repentina animo dixerit, 2. q. 3. *Si quis iratus*, de pœnit. dist. 1. *Quidquid*. Item & illud requiritur, quod sit contra bones mores, ut D. de injuriis. *Item apud*. §. *Meminisse*.

- e Et ita iudex ecclesiasticus restituit aliquem famæ, sup. de simonia *Ex diligenti*, 15. q. 6. *Auctoratem*, Jo.
- f Hoc capitulum de eadem materia loquitur, ut sup. de rescript. *Dilecti*, lib. 3.

g A Metropolitano, non tamen ab Episcopo suo, & ita retractatur sententia, si detegitur impedimentum per sententiam, sic sup. 8. dist. *Veritate*, 29. q. 2. *Si quis ingenuus*, & est contra id generale, quod est, 3. q. 7. §. *Tria*, in princ. sup. de jure patr. *Consultationibus*. C. de testam. lib. 1. & 1. q. 1. *Si quis a simoniaco*. Sed a hinc aliud videtur hic esse inconveniens, quod si retractatur sententia, quoad unum judicem, retractetur etiam, quoad alios, sic sup. de offic. deleg. *Cum super*, lib. 3. *Argum*, contra sup. de rescript. *Suscitatus*, lib. 2. D. quod falso tutore, lib. 1. §. primo. D. de arbitris, *Pediis*, in fine, & L. sequenti, & ita per rationem hujus decretalis videretur, quod etiam retractanda sit sententia judicis, qui communicavit excommunicato, & facit ad id, sup. de elect. *Illam*, lib. eod. b Habes hic, quod exceptio impropria, si fuit omissa ante sententiam, potest adhuc obici post sententiam, argum. 81. dist. *Eum*, quæ + sup. 8. dist. *Quæ contra*, nam post consecrationem obiciatur, sup. de elect. *In causis*, lib. 3. & sup. de accusation. *Veniens*, lib. 3. Sed contra 8. q. 2. *Dilectissimi*, sup. de testibus, *Ad hoc*, sup. de qualitat. ordin. *Acceptinus*, lib. eod. Respondeo, quod exceptionem omnissam in causa principali possunt obincere in causa appellationis, aliter non, supra de fide instrument. cap. 1. lib. eodem, & C. de temporibus appellationum, *Per hanc*: vel dic, quod prius fuit hic exceptio proposita, sed judices ea omissa processerunt ad sententiam, non tamen ea reprobata, tunc enim non posset plus ea obici, sup. de sent. & re jud. *Inter*, lib. 3. i Sic sup. de rescript. cap. *Dilecta*, lib. 3. Joann.

sicut de jure fuerit faciendum, confirmare, vel infirmare curetis; ita quidem, ut si pro eo, quod unus ex delegatis judicibus, qui eandem sententiam protulerunt, excommunicationis vinculo publice effet innodatus [g], quando sententia lata fuit [3], sicut per metropolitani litteras perhibetur, aut ex alia justa causa eandem sententiam constiterit infirmandam, ipsa cassata de ipsius electione custodis iterum cognoscatis, & audiennes, quæ tam in factum, quam in personam (h) proposita fuerint, & ostensa, eam, si inventa fuerit canonica, auctoritate nostra confirmetis; alioquin ea penitus infirmata, detis sororibus facultatem liberam eligendi, & quam in Abbatissam sibi duxerint regulariter eligendam, ejus electionem sub. app. obstaculo auctoritate Ap. confirmetis, ac præfatæ custodi de bonis ecclesiæ faciatis in expensis (i) legitimis factis provideri.

CAPUT III.

Idem Abbatii S. Stephani.

CUM (4) in præsentia dil. fil. n. B. tt. sanctæ Susanna presbyteri Card. quem tibi, & C. procuratori ven. fr. n. Werburgen, (5) Episcopi auditorem concessimus, constitutes proponere curasti, quod cum in Abbatem monasterii S. Stephani fuisses electus, & electionem tuam noluisti.

(4) *Olim*. (5) *Wirzburg*. sive *Ubezurgen*, al. *Ubezburgen*.

Set (1) **p̄dictus Episcopus confirmare**, ad ven.
fr. n. Excusen. Episcopum, & dil. fil. Abbatem
Aspertin. [2] commissionis litteras impetrasti.
Cumque coram ipsis inter te, & quodam mona-
chos adversarios tuos lis fuisset legitime contesta-
ta, quoniam pars adversa non solum noluit com-
parere [a] in terminis peremptorio constitutis,
verum etiam quendam alium in p̄dictum mo-
nasterium intrusere, judices ex parte tua receptis
quibusdam testibus te in possessionem causa rei
servandæ (b) mittentes, eum, quem adversarii
tui duxerunt in monasterio intrudendum, cum
omnibus fautoribus suis excommunicationis sen-
tentia subjecerunt. Ad hoc autem respondit Epi-
scopi (3) procurator, quod & tu per falsi (4) sug-
gestionem p̄dictas litteras impetrasti (5), &
inordinate processerant judices memorati, quia
cum inter te, & Episcopum fuisset causa commis-
sa (c), ipso Episcopo non citato, contra p̄di-
ctos monachos, de quibus in commissione men-
tio non siebat, post app. ad nos interpositam,
pr̄sumpserunt (6) judicium exercere. Nos igitur
his, & aliis, quæ coram eodem Cardinale fuerunt
proposita, plenius intellectis, tam id, quod de
illo fuerat attemptatum, qui litigie pendente per
adversarios tuos intrusus fuerat in Abbatem,
quam illud, quod te in possessionem causa rei ser-
vandæ judices induxerant memorati, decerni-
mus irritum, & inane.

TITULUS XII. DE APPELLATIONIBUS.

CAPUT I.

Idem Abbati S. Felicis, & G. canon. Bonon.
cap. 57. de appell.
O Blatae nobis litteræ continebant, quod cum
quidam judices, quibus causa, quæ inter
(7) Sambro, & Rivo (8) cornicario plebes verte-
batur, absque app. remedio fuerat a sed. Ap. com-
missa, pro plebe Sambri sententiam protulissent,
& a procuratore plebis de Rivo cornicario ad nos
fuerit sine termino appellatum, nec delatum app.

fuissent; ne ad prosecutionem ipsius terminus a
judicibus partibus assignatus, Plebanus de Sam-
bro super observatione p̄dictæ sententiæ, sicut
rationabiliter lata erat, nostras ad vos litteras,
& alia pars alias commissionis litteras a nobis su-
per infirmando, vel confirmanda eadem, postmo-
dū ad alios judices impetravit, nulla in posterio-
ribus litteris de prioribus habita mentione. Unde
in dubitationem revocato, an posteriores judices,
vel vos de illa debeat cognoscere, nos super hoc
consulere voluistis, & infra. Licet igitur appell-
anti legitime a sententia indulgeatur annus a
lege, aut ex iusta causa biennium [d], ad ap. in-
terpositam prosequendam, quia tamen hic [9]
terminus potest restringi, non solum a provo-
cante (e), verum etiam a judice, a cuius senten-
tia provocatur, cum id sit constitutum, non ut
terminus ipse præveniri non possit, sed ne valeat
prorogati (f), credimus distinguendum, in quo
casu impetrantur, & quidem quando certus ter-
minus ab appellante, vel judice appellationi præ-
figitur prosequendæ: si eo tacito appellatus lit-
teras impetravit, hujusmodi litteræ tanquam ta-
cita veritate subreptæ, obtinere non debent ali-
quam firmitatem. Si vero non sit aliquis certus
terminus a judice, vel appellante [g] præfixus,
pars appellata intra terminum constitutum a le-
ge, dummodo nimium non præcurrat [h], ut ap-
pellantem in commissione impetranda supplantet,
commissionis litteras poterit impetrare,
quarum auctoritate in appellationis causa legiti-
me procedatur, ita quod si appellans voluerit in
causa ap. procedere, oportebit eum agere sub judi-
ce sic obtento, nisi possit legitime eum recusare;
quod si agere noluerit appellans, appellatus potest
nihilominus prosequi (i) causam ipsam, maxime
si sentiat sibi ex dilatione imminere gravamen.
Superior quoque judex, si viderit ex dilatione pe-
riculum imminere [k], potest, & debet neutro
prosequente appellationem occurtere, ut pericu-
lum

(1) Nollet. (2) Aspertin. (3) Ei.

(4) Falsam. (5) Impetraras.

(6) Pr̄sumpserint. (7) Interde, forte.

(8) De Rivo, forte. (9) Hujusmodi.

a Quia tuebatur se appellatione sua, ut infra sequitur.
dæ: ad quid opus erat testibus, cum sola contestatio sufficeret? forte ideo, quia non statim propter contumeliam * partis adversæ ut missio in possessionem, nisi statim alio modo sit cognitum de negotio, ut sup. ut li-
te non cont. Quoniam, in fine. Jo. c Tamen hæc causa fuit commissa, quod Episcopus nolebat confirma-
re ejus electionem, & occasione hujus mandati fuerunt vocati contradictores omnes, quia eri non fiat mentio
de ipsis in litteris, tamen omnes illi, quos res tangit, vocandi sunt, sup. qui matrim. accus. possunt, Ex lit-
teris, lib. 1. D. de re jnd. De unoquoque, & l. Sæpe, 65. dist. Si forte, ut 8. q. 1. Licens, sup. de elect. Dudum,
lib. 3. Item quia Episcopus non fuit accusatus, de quo principaliter mandatum receperunt; cassatur id, quod
factum est, sic sup. de re script. Cum dilecta; sed si Episcopus esset vocatus, & non monachi, quorum interest,
tenet sententia lata contra Episcopum, sup. de sent. & re judic. Cum super, lib. 1. præjudicatur tamen illi,
qui scit causam agi, cuius defensio ad ipsum principaliter spectat, sup. de parochiis, Coram, lib. 3. sup. de re
judic. Sæpe. Joann. d Ut sup. eod. Cum sit Romana, lib. 1. e Ut sup. eod. Personas, argum. contra sup.
de matrim. contra interdict. eccl. contracto, Ex litteris, lib. 1. f Nisi ex causa ut sup. de appell. Ex ra-
tione, lib. 1. sed tamen illud non est prorogare, licet parcatur ei, qui non prosequitur infra tempus legitimum.

g Hoc tamen de appellato dicitur, qui non possit prævenire terminum legalem, nisi secundum quod hic
dicitur, & 2. q. 6. Appellatore. De hoc non est dubium, quin terminum statutum ab homine neutra pars po-
test prævenire, ut sup. eod. Sæpe, lib. 3. sup. eod. Significaverunt, lib. 1. Sed numquid appellans potest præ-
venire terminum legalem? Videtur, quod sic: tamen ne calumnioso præcurrat victorem, ut primo dicitur, sa-
tis potest dici, quod utraque pars potest prævenire terminum legalem, & exequi causam appellationis, quan-
documque voluerit infra annum, ut hic videtur, dum tamen neutra pars nitatur prævenire alteram, ut hic o-
stentitur, & C. de tempor. appell. L. Nemo, & L. ult. §. In his. Non obstat 2. q. 6. Appellatore, quia ibi non
dicitur, quod debeat victor expectare usque ad finem anni, sed quod licet ei expectare tantum. Item & hoc
scias, quod infra terminum legalem debet causa appellationis esse terminata, nec ultra potest procedi, ut 2.
q. 6. Ei. §. & C. de tempor. appell. Nemo. b Sic 16. q. 3. Placuit, & D. ad Tertullianum, l. 2. §. Si mater.

i Etiam absente adversa parte potest expediri causa appellationis, ut hic patet, & 2. q. 6. Appellatore, & sup.
de sentent. & re judic. Cum Bertoldus, & C. de temporibus ordinat. L. ult. §. 1.

k Sic supra, ut lite non contest. Quoniam. Arg. contra sup. de appellat. Constitutus, lib. 3. * Jo.

* Si, forte.

* Contuma-
ciam, malo.

* Lib. 1.

Ium evitetur, puta si a sententia lata super confirmatione alicujus electi fuerit provocatum, & utraque pars velit etiam ad annum prosecutio-
nem appellationis differre: potest utique immo
debet superior judex, ad quem fuerat appellatum,
terminum provide moderari, ne gregi dominico
diu desit cura pastoralis. Ex his igitur consulta-
tioni vestrae noveritis esse responsum, quia per
postiores non derogatur prioribus [a] legiti-
me impetratis, per quas ad confirmandam senten-
tiā, vel infirmandam prævia potest ratione
procedi.

C A P U T II.

Idem.

c. 58. eod.

PER tuas nobis litteras requisisti, utrum si sub
alicujus examine post latam sententiam, vel
saltem post depositiones testium publicatas, &
lectas fuerit ad sed. Ap. appellatum, ii, qui super

hoc delegantur a nobis, si altera partium eorum se
voluerit conspectibus presentare, causam sibi de-
legatam judiciali possunt calculo terminare. Nos
igitur consult. tuæ taliter respondemus, quod
cum lis sit super eodem negotio coram primis ju-
dicibus legitime contestata, poterunt judices de-
legati eo, qui convenit, se per contumaciam
absentante, cum eis de meritis causæ lique-
bit (b), commissum sibi negotium diffinire.

C A P U T III.

Idem in conc. Later. const. XXXV.

T UTT debitus honor deferatur judicibus & litigatoriis consulatur super laboribus & ex-

c. 59. eod.

pensis, statuimus, ut si quis coram idoneo judice
convenerit adversarium, ille ante sententiam (c)
ad superiorem judicem absque rationabili causa
non provocet, sed coram illo suam justitiam pro-
sequatur, non obstante (d) si dicat, quod ad su-

* *Ei, qui, forte.*

a Sed si judici non liquet de causa, tunc constitutus præsentem possessorem, nec audiatur adversarius, nisi de
propriate, ut C. quomodo, & quando, *Consentaneum*, & est idem tunc, ac si lis esset quasi contestata, ut
sup. ut lite non contest. *Quoniam*. Sed si possessor sit præsens, & actor abest, tunc sive lis sit contestata, si-
ve non, potest tamen dictinativam ferre sententiam, si constat de causa, sup. qui filii sunt legitimi, *Omni*,
& argum. sup. de restit. spoliat. *Audita*, lib. 1. & C. quomodo, & quando index, authent. *Qui semel*. Sed si
non liquet de causa, absolvat reum ab observatione judicij, nec obstat, si dicatur, quod actore non probante
semper reus debeat obtinere, ut 6. q. ult. *Actor*, quia illa regula locum habet, cum ambo sunt præsentes.
Item patet hic, quod index appellationis potest procedere altera parte absente, ut 2. q. 6. *Sign.* * & sup. de
sent. & re jud. *Cum Bertoldus*, & C. de tempor. appell. L. ult. & sup. de appell. *Sape*, lib. 3. *Jo.*

* *Ei, forte.*

b Hoc intellige, dum tamen priores fecerint mentionem appellationis factæ, ut sup. de *re script*. *Accepta*,
lib. 2. sup. de *confirm*. *Bona*, lib. 2. c Cum hodie idem juris sit in omnibus judicibus patet, quod hodie
non habet locum illa *decretalis*, *Super questionum*, quantum ad potestatem appellandi, sed in hoc bene tenet,
ut si deleget totam causam, non appelletur ad ipsam; secus si deleget partem, ut tunc appelletur ad ipsum in
casu, in quo licet appellari. Sed quæro, quid hodie pro sit scribere remota appellatione? Dico, quod etiam tunc
post sententiam prohibetur, nisi habeat causam probabilem appellandi; sed si non esset remota appellatio, sem-
per posset appellare post sententiam, nisi evidens esset ipsum frustratorie appellare. Vel dic, quod si remota
esset appellatio, non potest appellari, nisi in casibus expressis a iure, in quibus appellatur remota appellatio-
ne, ut extr. 3. de appell. *Pastoralis*, sed si non est remota, tunc semper appellatur, quotiens habeat probabi-
lem causam, quæ si foret probata (& cum *, quia licet), casus sunt a jure expressi, in quibus appellatur
remota appellatione, ut potes ponere exempla extr. 1. de appell. *Postremo*, extr. 1. de dolo, *Dilecti*, extr. 1.
de restit. spoliat. *Ex conquestione*, extr. 3. de appell. *Significantibus*, extr. 3. de appell. *Ex parte*, 2. q. 6. *Non*
solent. C. de *Episcopali* audientia, l. 2. C. ut lite pend. l. 2. D. de minoribus *Ait Prost*, §. *Permititur*.
C. de appell. Si quis, & generaliter ubicumque sententia manifestam continet iniquitatem, ut extr. 1. de off. del. *Sanc*, & licet non omnes casus in iure poterant enumerari, & exprimi, de similibus ad similia procede-
mus, 20. dist. *De libellis*. D. de legib. *Non possunt*. Appelletur ergo ex illa generali clausula: „ si qua mihi
„ justa causa videbitur “, arg. D. ex quibus causis majores, l. 1. alias iniquissimum esset, quod si pars evi-
denter convictus, nisi qui haberet probabilem causam, non audieretur appellans, nisi ille casus esset expressus in
iure: si ergo jus dicaret, quod remoto appellationis facta ab homine, tamen spectet ad appellationes expres-
sas in iure: sed ubi jus removet appellationem, ibi potest appellari, etiam in non expressis, ut ita mitius agat
iust. quam minister juris: secundum hoc illa *decretalis*, *Super questionum*, nullam recipit correctionem, quia
non delegatus delegat alii, laxitor est data potestas appellandi, quam prius fuerat, quia prius non poterat appellari, nisi in casibus expressis, sed a delegato appellatur etiam in probabilibus causis. Item quæro, si remota
appellationis hodie extendatur ad incidentes questiones, cum generaliter ante sententiam non appelletur. Vi-
detur, quod non; quia & si expresse inhibetur appellatio, bene appellatur ab incidenti, ut extr. 1. de ap-
pellat. *Super eo*. Ergo multo potius, ubi expresse non inhibetur. Ad hoc dico, quod hodie solum jus inhibet
fortius appellationem, quam olim expressa remota, & est ratio, quia olim contra jus erat, quod alicui
inhiberetur beneficium appellationis, & cum esset contra jus, non debuit trahi ad consequentiam, & sic non
debuit trahi ad incidentes questiones: sed hodie ipsum jus removet appellationem, unde generaliter removet.

* *Cap. I.*

d Idest, si alleget hoc tantum, & non probet, & est simile extr. 1. de appell. *Super eo*, in fine; alias enim
multiplex videretur sequi inconveniens, quia cum aliquis in propria persona possit adire sedem Romanam, ut
interim non deferatur querella contra ipsum, quare non posset per nuntium; cum illud dicat facere, quod per
alium facio, ut extr. 1. de sent. excomm. *Mulieres*, maxime si sint tales personæ, quæ per se non confue-
rint ire ad curiam, sed per duntios, ut ecclesia, vel princeps aliquis, & quod missio nuntii excusat, habet
extr. 2. de appell. *Ad hoc*, extr. 3. de off. del. cap. 1. Præterea ex hac constitutione datur occasio malignandi,
nam quam cito aliquis senserit adversarium suum restisse de curia, vel nuntium illius impestrasse litteras,
statim præveniet ipsum conquerendo de ipso coram ordinario judice, sed certe ratio huius statuti evidens est;
hæc scilicet, ne quis sine causa declinet examen ordinati judicis. Voluit enim dominus Papa, quod debitus
honor deseretur judicibus, unde sicut non potest declinati judicium eius per appellationem, sic nec per mis-
sionem nuntii, itomo magis videtur ex hac constitutione dicendum, quod si quis per litteras conuenit adver-
sarium coram delegato, ut ille possit excipere, quod causa non est translatæ a potestate ordinarii, cum enim
per expressam appellationem non posset ab eo transferri, nisi causa probabili exposta, ut hic dicitur; multo
minus per simplicem querellam, quia & alias transfert appellatio judicium, ubi non transfert querella ut 9.
q. 3. *Conclusus*; cum enim hodie leges, & canones in hoc articulo sint conformes; & secundum leges non
transfertur ad principem iurisdictio ab ordinario sine appellatione, ut in auth. de mand. Princ. §. *Sit tibi*,
& extr. 1. de appell. cap. ult. * & in auth. collat. 9. *Ut differentes judices*, §. penult. & ult. ergo & secun-
dum

periorem judicem nuntium destinaverat, aut litteras imperaverit ab eodem, priusquam delegato fuerint assignatae. Cum autem ex rationabili causa (a) putaverit appellandum, coram eodem judice causa probabili appellationis exposita, tali videlicet, quod si foret probata, deberet legitima

reputari, superior de appellatione cognoscat, et si minus rationabiliter eum appellasse constiterit, illum ad inferiorem remittat (b), & in expensis (c) alteri parti condemnet, alioquin (d) ipse procedet falsis constitutionibus de majoribus causis ad fedem Ap. referendis.

CA

dum canones. Secundum hoc correctum erit illud, extr. 1. de off. leg. *Cum non*, ubi etiam ad legatum transfertur per simplicem querellam, & 11. q. 1. *Quicumque*. Præterea cum per secundum rescriptum non tollatur jurisdictio delegata, nisi de ipso fiat mentio, multo potius * non tollitur ordinaria, nisi de ipsa fiat mentio; facilius enim tollitur extraordinaria, quam ordinaria jurisdictio, ut 3. q. 3. §. *Spatium*, vers. *Quod fieri*. Si tamen vis dicere, quod per secundum rescriptum potest præveniri ordinaria jurisdictio non inchoata, quemadmodum & delegata, non reprobbo, licet ordinaria sit potior, & est argum. ad hoc extr. 1. de restit. spol. *Auditia*, in fine: & si quæras, quare secundum hoc non sit necessarium facere mentionem ordinariae jurisdictionis, sicut & delegatae dico, quod utriusque facienda est mentio, si est cœpta. Ideo autem consuevit fieri: mentio delegatae, & non ordinariae; quia ordinaria de jure generali habetur. Unde per speciale rescriptum tollitur, quantum ad certam speciem, licet non fiat de ea mentio; sed ubi ultraquæ jurisdictio de jure speciali habetur, fecis est, ut extr. 3. de rescript. *Pastoralis*. Vel dicatur, quod eo ipso, quod Papa aliis scienter committit causam, videtur translatisse jurisdictionem ab ordinario, ut extr. de off. ordinarii, *Pastoralis*. Item videtur hic corrigit id, quod legitur extr. 3. de rescript. *Plerumque*, ut usque ad annum non possunt præveniri litteræ alicuius, quod potest concedi, ut statim possit quis alium prævenire habentem priores litteras, dum tamen prius potuit habere copiam judicis, ut extr. 1. de rescript. *Si autem*, & hoc intelligo, quando adversarius non prævenit diligentiam alterius, ut 16. q. 3. *Placuit*, & sup. eod. *Oblate*. Si quæras, usque ad quantum tempus dicatur negligens, dico, quod usque eo dum potuit habere copiam judicis, ut D. de vacationibus & excusatione munerum, *Theopompus*, & satis videtur moderandum esse tempus usque ad tres menses, arg. extr. 2. de rescript. *Ex parte*, vel usque ad unum mensem, ut 1. q. 1. *Constat*, & * intellige, quando secundus exhibet suas litteras, postquam prior compositus sareinulas suas, alias ei * non noceret alterius festinatio, ut D. ex quibus causis majores, *Ab hostibus*, §. ult. & l. seq. Sed quid si ad appellationem * alterius impetrata sunt litteræ altero præfente, vel eius procuratore? in eo cau ille, qui scivit, & præiens fuit, non potest prævenire alterum; nam punitur, ut contumax, ut extr. 3. de appell. *Sape*, & esset tunc idem, ac si litteræ effent impetratae de consensu partium, quæ similiter non possent * præveniri, ut extr. 1. de rescript. *Ceterum*, Eodem modo videtur, quod si aliquis sciente adversario mittit nuntium, vel impetrat litteras; si postmodum velit ipsum * convenire coram ordinario, cum sciat ipsum habere litteras, non potest ratione jam dicta, & est argumentum ad hoc extr. 2. * de appell. *Ad hec* * Joann. *Hic* evidenter pater, quod semper causa appellationis proponenda est; si tamen non præponeretur causa, & postmodum coram iudice appellationis probaret se juste appellasse, bene cassaretur, quod factum est post talem appellationem, ut extr. 3. ut lite non contest. *Accedens*. Sed quare dicitur causa appellationis, cum ab ea possit recedi, & coram iudice appellationis non tenetur prosequi eam, sed aliam potest proponere, ut D. de appell. *Scio*, in fine, & argument. extr. 3. de appell. *Constitutus*, in fine. Resp. ideo, ut sciatur, an ei sit deferendum, vel non. Sed quæro, quæ causa dicatur probabilis, numquid illa, quæ judici videtur vera *, an alia? Videtur, quod non sit referendum ad opinionem judicis, ut infra de sent. excomm. *Sacrum*, sicut nec ad opinionem judicis refertur, quid dicatur manifestum, sed ad ipsam rei veritatem, ut extr. 3. de verb. sign. *Cum olim*, ad ideam facit 3. q. 7. *Indicat*, extr. 1. de constit. cap. 1. si enim ad opinionem judicis esset referendum, ut illam debet admittere, quæ ei videatur probabilis; sed potest esse, quod aliquid videatur uni iudici probabile, & ejus contrarium videatur alteri iudici probabile, & sic uterque iudex bene sententiarer; & tamen contrarias sententias ferrent, quod esse non potest. Item videtur, quod iudex potius sequetur opinionem aliorum, quam suam, ut infra eod. *Cum causa*. Si vero dicas, probabilitatem ad opinionem aliorum referri, contradicit extr. 3. de consuetud. *Ad nostram*, ubi dicitur, quod iudex non secundum aliorum, sed secundum suam opinionem ferat sententiam; sententiabit enim iudex id, quod sibi videtur D. de arbitris, *Qualem*. & index ex sententia animi sui sententiabit, sive estimabit, quid aut credat, aut parum sibi probatum videatur, ut 4. * q. 3. *Sape*, nec debemus respicere rerum naturam, sed opinionem nostram, ut D. de judic. *Sed & si*, in fine, quod concedo, & aliud est in manifesto, quam in probabili. Sed quid si dubia est causa appellationis, an tunc deferendum sit * appellationi, an non? si deferat appellationi, ergo * dicitur hic, quod tunc tantum * deferat, cum causa est probabilis. Si vero * deferat, ergo iudex dubitans an sit iudex, potest judicare, & cum dubitat, an sit suspensa sententia per appellationem, potest eam exequi, & sic obstat 11. q. 3. *Grave*. Dico, quod si iudex dubitat de causa appellationis, deberet summatim cognoscere non formam judicii, sed inquirendo ab aliis, & sic sciet, an causa sit probabilis. Sed quid si iudex semper dubius relinquitur? tunc dico, iudicem supersedere debere, quia etiam in dubio potius statut appellationi, quam sententia, ut extr. 3. de appell. *Dilecta* *, & infra de sent. exc. *Sacro*, nam presumitur, quod proper gravamen appellaverit, cum sit paratus prosequi appellationem, ut extr. 2. de appell. *Tenor*, nec quim posset dubitare iudex, nisi appellans aliquam causam haberet pro se. si enim nullam haberet pro se, non dubitaret, sic ergo iudex in dubio semper deferat appellationi, nam & desertur appellationi facta contra jus, extr. 3. de concess. præbendæ, & eccles. non vacat. *Constitutus*. Joann.

b. Sed nonne ille iudex est ei suspectus, cum appellaverit ab ipso, ut extr. 1. de appell. *Ad hec*: sed dico, quod suspicionem non potest allegare contra ipsum, cum ex propria culpa processerit illa suspicio, sicut nec ille, qui non prosequitur appellationem, ut extr. 1. eod. *Personas*.

c. Et hoc semper obtinet, sive calumniose, sive non calumniose appellavit, ut extr. 3. eod. *Sape*, & extr. 3. de eo, qui mittitur in possessum. *Cum venisset*: sed si calumniose appellasset, tunc magis puniatur, ut C. quorum appellationes non recipi. *Ab executo*, ubi punitur in quinquaginta libris, sed in criminali lite per edicta vocatus ab eodem accedit, C. de appell. *A Proconsulibus*. Quidam tamen dicunt, quod si appellans potest ostendere se probabilitatem errasse, non punitur in expensis, arg. infra de sent. excomm. *Sacrum*, & D. de legat. 2. *Qui solidum*, §. *Etiam*, alias quilibet meru. expensarum relinquenter jus suum indefensum, ut D. de petit. hered. *Illud*. Tunc autem presumitur non calumniose appellasse, cum iuratum est de calumniis, ut 1. q. 7. *Sancimus*, & est argum. ad istud, 2. q. 3. §. *Notandum*, sed hoc non concedo, ut 2. q. 5. *Omnimodo*.

d. Hic manifeste videretur, quod si iudex appellationis pronuntiat appellationem tenere, quod per hoc non expirat officium ejus; sed incipiet de novo cognoscere de causa, & facit ad id extr. 3. de sentent. & re iudic. *Rainuentius*, in fine, & C. de rebus creditis. *Generaliter*, §. *Si autem*, in fine, & in authent. de sanctis eccl. * *Episcopis*, §. *Si quis contra aliquem*. Argum. contrar. 2. q. 6. §. *Si autem quando*, in fine, & C. de appell. *Eos*, ubi dicitur,

* Fortius.

* Vel.

* Enim.

* Postulatio-

nem.

* Possunt.

* Eum.

* 3.

* Ad hoc.

* Necesse-

ria.

* Deforet.

* Ut.

* Denum.

* Non.

* Dilecta.

C A P U T IV.

Idem in eodem const. XXXVI.

c. 60. sed.

CUM cessante causa cesseret effectus, statuimus, ut sive judex ordinarius, sive delegatus a liquid comminando (a), vel interloquendo prætulerit, quo executioni mandato, alter litigium gravaretur, & fano usus consilio, ab hujus (1) interlocutionis vel combinationis effectu desideriter, libere in causæ cognitione procedat, non obstante si a tali comminatione, vel interlocutione fuerit appellatum, dummodo non sit ex alia legitima causa suspectus, ne processus negotii frivolis occasionibus retardetur.

C A P U T V.

Idem in eodem const. XLVIII.

c. 61. sed.

CUM speciali sit prohibitione provisum, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, non competenti (b) commonitione præmissa, promulgare prælumat, volentes etiam pro-

videre, ne forte commonitus frustratoriae recusationis, vel appellationis objectu, momentis possit declinare examen: statuimus, ut si allegaverit se judicem habere suspectum, coram eodem causam justæ suspicionis assignet (c), & ipse cum adversario, vel si forte adversarium non habeat, cum judice (d) arbitros communiter eligat, aut si communiter conveniri non possit absque malitia, ipse unum, & ille alium eligat, qui de suspicionis causa cognoscant, & si nequierint in unam concordare sententiam, advocent tertium (e), ut quod duo ex ipsis decreverint, robur obtineat firmitatis. Sciantque se ad id fideliter exequendū ex injuncto a nobis in virtute obedientiæ, sub obtestatione divini judicij, districto præcepto teneri; causa vero suspicionis legitima coram ipsis intra competentem terminum non probata, jurisdictione judex utatur. At ipsa probata legitime, de regulatoris aliensu (f) persona idonea committat

(1) *Hujusmodi*, Gregor. IX.

tur, quod tantum pronuntiabit appellationem justam, vel injustam. Item queritur, an coram delegato, qui de causa appellationis cognoscit, possit alia causa proponi, quam illa, quæ est inserta in litteris, quod videatur, ut D. de appell. *Scio*, cum etiam novis instrumentis possit uti, ut sup. de fide instrument. *Cum Joannes*, & C. de appell. *Eos*. Item certum est, quod coram judice appellationis possit novam causam proponere per amicta iura. Sed delegato eadem est commissa jurisdictione, quam habet delegans, ergo & coram delegato potest, quod satis potest admitti, nec in hoc excedit fines mandati, sicut nec excederet, si andiret nova instrumenta, vel novas allegationes, maxime cum per hanc constitutionem non tantum de causa appellationis, sed de causa principali cognoscet, si appellatio fuerit justa pronuntiata. *Joann.*

(a) *Videtur ergo*, quod si judex compinatoria verba proferat parti, quod ex hoc possit appellare, nisi de his satisfaciat judex, quod non est verum, quia runc ex officio suo comminari debet, ut D. de judic. *Et post editum*, nec etiam statim debet quis moyeri propter asperitatem verborum, ut extr. 1. de rescript. *Si quando*, sed qualiter potest judex mutare suum consilium in alterius injuriam contra regulam illam, D. de regul. juris *Nemo*. Sed certe eo modo, quo ipse appellans mutare potest consilium, ut 2. q. 6. *Si quis libellos*, sic & judex, & intellige, si appellans adhuc non facit sumptus ad prosequendam appellationem, ut D. de conduct. ob causam, *Si pecunia*, in princip. Sed numquid judex post decem dies potest mutare interlocutoriam? videtur, quod non, quia postea transit in rem judicatam, sicut & dissimilitiva, ut extr. 3. de elect. *Cum dilectus*, in fine, & extr. 3. de testibus, *Significaverunt*, in fine, Arg. contra extr. 1. de appell. *Significaverunt*, D. de re judic. *Quod jussit*. Potest dici, quod licet transeat in rem judicatam quod hoc, quod appellari non possit, non tam quod hoc, quin revocari possit; nam & appellans post decem dies posset renuntiare appellationi. Attende * tamen, qualiter judex corrigit suam sententiam, quia si ita dicat: „corrigo sententiam meam“, vel „corrigo errorem meum“: sic fatetur se errasse. Ergo fatetur illum habuisse probabilem causam appellandi: ergo fatetur jurisdictionem ab ipso justi, & vere translatam, & sic amodo * non sibi reddere possit jurisdictionem, cum fatetur a se eam * translatam, & sic dicere debet; „sed si in aliquo te gravavi, illud revoco“. Sed numquid interlocutoria hodie transit in rem judicatam? non videtur, cum hodie iure communis non possit appellari ab ea; sicut hodie secundum leges non transit in rem judicatam. Econtra videtur, quod transeat, quia si gravatus fuerit per interlocutoriam, imputetur ei, si non appellavit, cum habuit probabilem causam, nam interlocutoria est sit contra ius, transit in rem judicatam, sed appellatur, ut 2. q. 6. *Non salent*, dico quod hodie non transit in rem judicatam. *Jo.* b *Trina scilicet*, 16. q. 7. *Omnis decimalis*, 24. q. 4 *De illibita*.

(b) *Sup. de appell. Secundo requiris*, lib. 2. a Si enim causa est inter Episcopum, & clericum, ita quod Episcopus sit actor, eliguntur arbitrii, sed si clericus est actor, runc coram superiori agendum est, ut 11. q. 1. *Si clericus*: vel dic, quod licet clericus sit actor, ut si conqueratur de Episcopo de iusta excommunicatione facta ab ipso, hoc cognoscetur coram arbitris.

(c) *Tamen sub hac forma non posset compromitti in duos*, ut si dissentirent, quod eligant tertium, sed ipse ordinarius eos ad hoc cogere potest, ut si dissentiant, quod elegant tertiam personam. D. de arbitrii. *Item si unus*, & penult. & ult. & ita, quod facit secundum legem illam præceptum judicis, hoc hodie facit præceptum canonis, & sic arbitrii quantum ad hunc casum potest egredi sibi injunctos; alias arbitrii nihil extra compromissum facere potest, ut D. eod. *Non distinguemus*, & ult. *Idem videtur dicendum*, si judices dati sunt a principe, ut si dissentiant, elegant tertium, ut C. de appell. *Jubemus*, & *In offerendis*, licet secus sit in aliis delegaris, ut D. de re jud. *Duo*; si autem illi duo arbitrii non possunt convenire in unam personam, judex dabit eis unam. C. de judic. *Cum specialis*.

(d) *Secundum antiqua iura fuit de voluntate actoris*, quod si reus dixit judicem suspectum, an vellat, quod recusatus delegaret alii causam, vel quod partes conseruent ad eligendos judices, ut extr. 1. de foro competenti. *Si quis*, licet illa possit aliter intelligi, hic autem ad arbitrium recusatoris dabuntur judices, si probata fuerit suspicio: & nota, quod si hæc clausula de recusatoris assensu determinavit * totalem hanc disjunctivam, ut committatur * negotium, vel ad superiore transmittat: secundum hoc in optione est recusatoris, an velit committi negotium, an transmitti ad superiorem, & iste intellectus probabilis est; sed si determinat tantum priorem partem, runc vult litera, quod secundum suam voluntatem eligenda sit persona, cui committatur negotium; dum tamen intelligas, quod non possit probari suspecta, & sic est contra D. de judic. *Observandum*, ne is judex detur, quem altera pars petit nomination, sed illud est in odium ejus, qui impetravit suspectum judicem. De hac materia, quid sit officium judicis recusari, varie loquuntur iuri. Hic dicitur, quod possit aliis delegare causam, & extr. 1. de foro compet. *Si quis*, & C. de judic. *Cum specialis*, alibi dicitur, quod remittat negotium ad superiorem, ut 2. q. 6. *Si quis in quacumque*, & extr. 1. de appell. cap. ult. & quod judex recusatus penitus abstinebit, ut extr. 2. de appell. *Secundo*, extr. 2. de foro compet. *Licet*. *Item* & in alio invenies contrarietatem, nam quandoque invenies, quod arbitrii electi cognoscant de toto negotio, ut extr. 1. de appell. *Ad hoc*, 11. q. 1. *Pervenit*, extr. de appell. cap. ult. C. de judic. *Cum specialis*. Quandoque in-

ve-

* *Determinat*.* *Committat*.* *Constitutus*.

negotium recusatus, vel ad superiorem transmit-
tat, ut in eo ipie procedat secundum quod fuerit
procedendum. Porro commonito ad appellationis
obstaculum convolante, si ejus excessus eviden-
tia rei, vel ipsius confessione (a), aut alio modo le-
gitimo fuerit manifestus, cum appellationis re-
medium non sit ad defensionem iniquitatis, sed
præsidium innocentiae institutum, non est provo-
cationi hujusmodi deferendum. Excessu quoque
dubio existente, ne frivola appellationis diffusio
appellans judicis processum impedit, coram eo-
dem probabilem causam appellationis exponat,
talem videlicet, quæ si foret probata, debeat le-
gitima reputari; & tunc si habuerit adversarium,

intra terminum secundum locorum distantiam (b),
temporis qualitatem, & naturam negotii, ab eo-
dem judice moderandum, appellationis causam
prosequatur, quam si prosequi non curaverit (c),
ex tunc ipse judex ap. non ob. procedat. Nullo au-
tem adversario comparente (d), tunc judex ex
suo procedat officio, appellationis causa coram
superiore probata (e), superior suæ jurisdictionis
officium exequatur; sed si appellans in ejus pro-
batione defecerit (f), ad eum, a quo ipsum ma-
litiose appellasse constiterit, remittatur. Ceterum
has duas constitutiones præmissas nolumus
ad regulares (g) extendi contra suas observantias
speciales.

LIBER TERTIUS.

TITULUS I.
DE VITA, ET HONESTATE
CLERICORUM.

CAPUT I.

*Idem Archiepiscopo (1) Pictaviensis.*c. 7. de cle-
nic. conj.

Johannes filius A. nobis conquerendo monstra-
vit, quod tu eum, quamquam jam dudum
uxorem legitimam duxerit, & filios, & filias
suscepereis ex eadem, pro eo, quod prius in acho-
lytum fuerat (2) ordinatus, compellere niteris,
ut tonsuram deferat clericalem, ex quo inter i-
psum, & uxorem posset scandalum generari, cum
de constitudine terræ clericis uxorati nos cogan-
tur inviti portare tonsuram. Quoniam [3] igitur
virum oportet quo modo uxori placeat cogitare,

Tom. IV.

(1) Archidiacono. (2) Fuerit. (3) Quia.

venies, quod tantum cognoscunt de causa recusationis, ut hic, & extr. 3. de foro compet. *Licet.* Ad hoc di-
gunt quidam, quod si ordinarius recusat, tunc arbitri cognoscunt de toto negotio; sed ubi delegatus recusa-
tur, tantum cognoscunt de causa recusationis; nec in eo casu recusatus potest alii committere negotium, quia
litteræ expiraverunt, sed obstat illa lex *Cum specialis*, quæ loquitur in delegato, item obstat eis illa decretalis
Licet, de foro compet. quæ de ordinario loquitur, & tamen arbitri illi non cognoscunt *, nisi de causa recusa-
tionis. Sed potest responderi aliud esse secundum leges, & est ratio, quia cum secundum leges non sit necesse
probari causam recusationis: ergo oportet, quod coram arbitris agatur causa principalis. Item in illa decreta-
li, *Licet*, tantum causa suspicionis probatur, quia loquitur illic, quando arbitri electi tantum sunt ad causam
suspicionis, & hoc fatis admitti potest. Et secundum hoc dicas, quod haec constitutio tantum loquitur in ordi-
nario, quia si probata est causa recusationis delegati judicis, revertetur negotium ad delegantem, ut 2. q. 6. *Si
quis*, & quod de ordinario loquatur, indicat illud verbum, *Cum judice*.

* *cognoscunt.*
a Hic pater, quod confessus non auditur appellans, ut 2. q. 6. *Quicumque consuevit tamen dici, quod sola
confessio non impedit in criminali, quin possit appellari, ut 2. q. 6. §. Sunt coram: si tamen confessus in civili
vellet probare errorem, audiretur appellans, ut D. de confessis, *Cum fideicommisso*, quia in causa appellans
audiri possunt exceptiones omisæ, ut C. de temp. appell. *Per banc*. C. de appell. *Eos.**

b *Sup. de appell. Cum sit Romana*, lib. 1. c *Triplex est terminus appellationis, quandoque statuitur ter-
minus ad iter arripiendum, ut extr. de sent. & re jud. cap. ultimo: extr. 1. de appell. Pervenit, quandoque
ad præsentandum se judici appellationis, ut extr. 1. eod. Cum sit Romana, & cap. Significavit: tertius termi-
nus est, qui statuitur a lege, soelicet annus, vel biennium; & infra illum finita erit causa appellationis, ut
2. q. 6. Si quis appellat. & C. de temp. appell. 1. *Nemo*, & 1. ult. circa medium. De hoc notavi 2. q. 6. Si
quis appellat. Si ergo terminus statutus est ad iter arripiendum, tunc planum est, quod elapsio illo termino
cogi debet appellans ad iter prosequendum; si autem statutus est terminus ad præsentandum se judici appella-
tionis, tunc cogendus est, quando in tantum se artavit, ut non possit ad illum terminum se præsentare, ut 2.
q. 6. Si quis appellat. D. de verbis obligat. *Cum stipulatus sum*. & 1. *Hoc jure.**

d Idest, ubi aliis non habetur adversarius, quam ipse judex. e Nec enim tunc est necesse illum esse
præsentem, qui tulit sententiam, quia ejus ius non laeditur, ut 2. q. 6. *Hoc etiam.*

f Videtur ergo, quod appellans tenetur probare se justè appellasse, & sic præsumitur præsentia judicis,
quod est contra id sup. de probation. *Quoniam*. Sed dic, quod non præsumitur pro sententia, sed tantum pro
ejus processu. g *Sup. de app. Reprehensibilis*, in fine. b Uxoratus non habet privilegium clericale, ut
sup. de vita, & honest. cler. *Statim*, lib. 1. Dico tamen, quod privilegium est canonis illius, *Si quis sua-
dente*, quia illud non tam in favorem ordinis, quam in odium laicorum est introductum, ut sup. de sent. ex-
comm. *Si vera*, lib. 1. Unde delegatus illud privilegium non posset revocare, ut extr. 3. de sent. excomm. †

; Si tamen privilegio clericali vellet gaudere, teneretur ferre tonsuram, ut sup. eod. cap. 3. & 4. lib. 1.
vel si habeat beneficium ecclesiasticum, ut hic, & 32. dist. *Si qui deponatur*, ut teneantur vivere secundum re-
gulam ecclesiasticam, ut 81. dist. *Dicitum*.

xime illo, propter quod ira Dei venit in filios dif-
fidentia, quatenus in conspectu omnipotentis
Dei puro corde, ac mundo corpore valeant mini-
strare. Ne vero facilitas venia (a) incentivum
tribuat delinquendi, statuimus, ut qui compre-
hensi fuerint incontinentia vitio laborare, prout
magis, aut minus peccaverint, puniantur secun-
dum canonicas sanctiones, quas efficacius, & di-
strictius præcipimus observari, ut quos divinus ti-
moris non revocat, temporalis saltem pena cohi-
beat a peccato. Si quis igitur hac de causa suspen-
sus præsumperit celebrare divina, non solum
ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum etiam
pro duplice culpa, perpetuo deponatur. Prælati
vero, qui tales præsumperint in suis iniquitatibus
sustinere, maxime obrentu pecuniae, vel alterius
commodi temporalis, pari subjaceat ultiōni. Qui
autem secundum regionis suæ morem non abdi-
carunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gra-
vius puniantur, cum legitimo matrimonio pos-
sunt (i) uti.

C A P U T III.

Idem in eod. const. XVI.

c. 14. eod. **A** Crapula [b], & ebrietate omnes clerci dil-
igenter abstineant, unde vinum sibi tem-
perent, & se vino; nec ad bibendum quispiam in-
citetur, cum ebrietas & mentis inducat exilium,
& libidinis provocet incentivum. Unde illum
abusum penitus decernimus abolendum, quo in
quibusdam partibus ad potus aquales suo modo
se obligant potatores, & ille judicio talium plus
laudatur, qui plures inebriat, & calices fecundio-
res exhaustit. Si quis autem super his se culpabi-
lem exhibuerit, nisi a superiori commonitus satis-
ficerit, a beneficio, vel officio suspendatur.

C A P U T IV.

Idem in eodem const. XVI.

c. 15. eod. **C**lericis (c) officia, vel commercia secularia non
exerceant, maxime inhonesta, mimis, jo-
culatoribus, & histriōnibus non intendant, & ta-
bernas [d] prorsus evitent, nisi forte causa necessi-
tatis in itinere constituti. Ad aleas [e], & taxillos
non ludant, nec hujusmodi ludis intersint; coro-
nam, & tonsuram habeant congruentem [f], &
se in officiis ecclesiasticis, & aliis bonis studiis ex-
erceant diligenter. Clausa deferant desuper in-
dumenta, nimia brevitatem, vel longitudine non
notanda: pannis rubeis [g], aut viridibus, nec
non manicis, aut sotularibus consuticiis, vel ro-

straris, frænis, sellis, pectoralibus, & calcaribus
deauratis [h], aut aliam superfluitatem habenti-
bus non utantur: cappas manicas ad divinum
officium intra ecclesiam nulli gerant, sed nec ali-
bi, qui sunt in sacerdotio, & personatibus con-
stituti, nisi justa causa timoris (i) exegerit habi-
tū transformari. Fibulas omnino non ferant, nec
corrugias auri, vel argenti ornatum habentes, sed
nec anulos [k], nisi quibus competat ex officio di-
gnitatis. Pontifices autem in publico, & ecclesia
superindumentis lineis omnes utantur, nisi mona-
chi l fuerint, quos oportet ferre habitum mo-
nachalem. Palliis diffibulatis non utantur in pu-
blico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc
inde connexis.

T I T U L U S II.
D E P RÆB E N D I S.

C A P U T I.

Idem Trecent. Episcopo.

Dilecta filio n. P. tit. sanctæ Prudentianæ c. 25. de
presbytero Cardinali dil. fil. L. Cællerario præbend.
Senon, & R. clericu procuratori tuo auditore con-
cesso, idem Cællerarius (2) proposuit coram eo,
quod cum bon. mem. G. Remensis Archiepiscopu-
pus tunc Ap. f. L. ad Trecent. accessisset ecclesiam,
in qua G. nepoti suo præbendas concedere inten-
debat, cum nulla penitus tunc vacabat, & (3) ibidē
dictus Cællerarius non tam ei, quam etiam nobis
cupiens in hac parte placere, præbendam, quam
in ipsa obtinebat ecclesia, in ejus manibus resi-
gnavit (m) qui liberalitati ejus volens postmodum
grata (4) vicissitudine [n] respondere, de capitu-
li Trecent. assensu, praesente quoque ven. f. n. Se-
non. Archiepiscopo, tam præfatum nepotem
suum, quam etiam Cællerarium (5) in canonicos
Trecent. instituit; & a nobis idem capitulum,
stallum in choro, & locum in capitulo assignavit,
quibus idem Remen. Archiepiscopus fructus su-
pradicæ præbendæ tandem dividendos commo-
nitus (6) assignavit, donec præfatus G. inte-
gre (7) esset ecclesiæ stipendium præbendale asse-
cutus, in eos, qui contravenire præsumerent, ex-
communicationis sententia promulgata, & infra.
Quorum receptionem procurator generalis [o] Episcopi Trecent. in Constantinopolis partibus
tunc agentis, postmodum approbavit. Unde di-
ctus (8) Cællerarius lectiones, & evangelium in
hebdomada sua legisse dignoscitur, & tam Deca-
ni, quam Episcopi electioni, quam (9) aliorum
ne-

(1) Possint. (2) Cællerius. (3) Vacaret.
(4) Graria. (5) Cællerarium.

(6) Dividendo communiter. (7) Integrum.
(8) Al. deest. (9) Ac.

a 23. q. 4. Cum iusta, quid juris sit de clericis concubiniis, habes 32. dist. Nullus. Joann.

b Sup. 4. dist. Denique. Joannes. c 91. dist. Clericus, de consecr. dist. 5. Numquam. d 44. dist. Clerici.

e Quid de hoc juris sit, dixi 35. dist. cap. 1. f Quia si habuit nimis magnam coronam, signum est,
quod sit conversus, ut extr. 3. de success. ab intest. Cum dicitur. Joann. g Extr. 1. de vita, & honest.
cler. Statuimus. h Hec sine licentia Principis laicus etiam habere non debet, ut C. lib. 11. de vestibus
holobaris, & auratis. Nemo. Tamen in vestibus conformabunt se consuetudini regionis, ne videantur hypocri-
tae, ut 30. dist. Si quis viror. & dist. 4. Erit, ne vilescat dignitas clericalis, ut 80. dist. Episcopi. De hac ma-
teria habes 21. q. 4. In summa. Joann. i Tunc enim monachalis habitus non præjudicat, ut extr. 1. Quod
metus causa, perlatum. k An per anulum proberur aliquid, vel matrimonium, vel aliud, habes 30. q. 5.
Fæmine. l Patet ergo, quod monachus factus Episcopus non penitus absolvitur a regula monastica, ut no-
tavi 16. q. 3. Inventum, licet arg. contrarium sit 18. q. 1. Statuimus. Joann.

m Pure, non sub modo, nec sub condicione. Similis renuntiatio fuit sup. de renuntiatione. De multa, lib. 2.

n Arg. sup. de testib. Cum in officiis. o Et ideo videbatur, quod dominus contra factum procuratoris
venire non debebat, ut sup. de off. jud. del. Cum alii, lib. 2. sed tamen secus est, quia generali mandato
non videtur delegasse, nisi id, quod legitime potest facere, ut D. de condic. indebiti. Si procurator, & D.
de

negotiorum tractatibus, sicut canonicus Trec. interfuit, & domum quandam per capitulum memoratum obtinuit, quæ non nisi canonico consueverat assignari. Tu quoque, cū ad eandem accessisti ecclesiam consecratus, dictum Cællerarium cum canoniciis aliis ad osculum recepisti, cum tamen tunc temporis non nisi canonici ad osculum admittantur *a*, & eidem super prædictis non movisti per biennium *b* quæstionem, unde pertinet, ut te ab ipsius super hoc molestatione indebita compescere dignaremur. Unde dictus R. procurator tuus proposuit ex adverso, quod cum dictus Cællerarius præbendam suam in prædicti Archiepiscopi Remen. manibus resignasset, ipse de medietate una dictum G. nepotem suum, de medietate alia dictum Cællerarium investivit. Idem quoque proposuit procurator, quod cum in Trecen. ecclesia institutus fuerit olim certus numerus canonorum, & capituli jumento firmatus, supradictus Archiepiscopus, qui etsi legatus *c* fuisset in Teutonia, in Senona tamen provincia eidem non fuerat officium legationis injunctum, institutionem hujusmodi facere non potuit, ut legatus; quinimmo etsi legatus in eadem provincia extitisset, ad unicum tamen spirituale jus, quod vacabat ibidem, insimul duos canonicos instituere sibi non licuit contra canonicas sanctiones; nam si duo unicam præbendam haberent, id esset contra Turon. concil. *d* quod præbendarum inhibet lectionem. Si vero duobus in fratres, & canonicos receptis uni tantummodo præbenda daretur, sub expectatione alius contra Later. concilium *e* remaneret. Præterea licet in ecclesia, in qua non est certus numerus præbendarum, nulla etiam præbenda vacante, in canonicum quis possit assumi *f*, cum intelligatur ad quoddam jus eligi, quod ex electorum assensu de novo creatur, & cum electo in canonicum nascitur, & desinit cum defuncto, in ecclesia tamen,

quæ determinatum habet numerum præbendarum, uno duntaxat individuo jure vacante, duo insimul eligi non possunt ad illud, cum hujusmodi spirituale jus dividi *(g)*, seu communicari *(h)* nequeat inter eos, quamquam interdum *i*, ad quos spectat electio, de communi consensu augmentare *(i)* valeant numerum præbendarum quoddam jus spirituale de novo creando, nisi forte statutum aliquod obviaret, & quod esset jumento firmatum, vel cui sed. Ap. confirmatio accessisset, hujusmodi clausula prohibitionis adjecta *k*, ut si quicquam contra id fieret, non valeret, propter quod institutionem præfamat nullam fuisse prædictus asseruit procurator, cum in Trecen. ecclesia, sicut præmissum est, certus sit præbendarum numerus, quem capitulum, vel legatus minime augmentare intendebat *l* vel jus aliquod de novo creare. Unde nos his, & aliis intellectis, Cællerarium ante dictum, quem præbendam constituit prius libere resignasse, ad restitutionem eorum, quæ ratione prædictæ investituræ tenebat, de cons. f. n. sententialiter duximus condemnandum, ei super præbenda ipsa, vel ejus parte silentium imponentes, ita quod per hoc supradicto S. nullum præjudicium generetur, maxime cum res inter alios acta non noceat *m* regulariter aliis, juxta canonicas, & legitimas sanctiones.

C A P U T II.

Idem Episcopo, & Cantori Zemoren. & Abbatii de Morerola Zemoren. dicet.

Dilecto fil. n. P. tit. sancti Marcelli presbytero Cardinali S. & R. procuratoribus dilectorum filiorum P. & G. apud sed. Ap. constitutis, auditore concessio, idem S. proposuit coram eo, quod cum in Salamantin. ecclesia, in qua Cantoris electio ad Episcopum, & capitulum communiter pertinet, cantoria vacante, Salamantin.

N n n n 2 ca-

de his, qui in fraudem credit. *Si pater filio.* *a* Hoc omnino videtur posse obstare Episcopo, quod exhibuit ei reverentiam quasi canonico ***, ut sup. de his, quæ sunt a maj. part. capit. Ex ore. Arg. sup. de privil. **canonicus, forte.*

Cum olim, lib. 3. Item in præsentia sua gessit se tamquam canonicum, unde quia eum non removit statim, videtur ipsum apprebasse, sup. de paroch. Coram, lib. 3. C. de adquirend. possess. l. i. C. de patria potest. *Si filium*, 20. q. 1. *Quem progenitores*, sed hoc potenter ignorasse de modo electionis. Præterea quia ista non faciunt canonicum, sed tantum justa electio, ut D. de decurion. Herennius, C. de liberali caus. Non iacit circa.

b Arg. C. ad Vellejanum, authent. *Sive*, sup. de sponsal. *Ad id*, lib. 2. *c* Sup. de offic. leg. Novit, lib. 2.

d Sup. de præbend. Majoribus, lib. 1. *e* Sup. de concess. præb. non vac. lib. 1. cap. 2.

f Sup. de concess. præb. non vac. *Ex parte*, lib. 3. *g* Unitas enim divisionem non recipit, 23. q. 1.

Loquitur. *b* Potest tamen idem jus in solidum esse apud unumquemque ut sup. de jure patron. cap. 1. D. de servit. *Vie. Joann.* *i* Sup. de constit. Cum M.

sine ejus auctoritate non videtur, quod possit sine ejus mandato contravenire, sup. de confirm. cap. 2. nam ubi princeps confirmat, idem est, ac si ferat sententiam. C. de veter. jure encl. l. 1. §. *Sed neque*, ibi *Omnia nostra facimus*. Verius tamen credo, quod eis non obstat, quorum favore est confirmatio facta, quin ipsi ex suo consensu possint contravenire, nisi illa clausula fuerit apposita. *h* Hæc ratio sufficiens fuit, quia prætendebat idem jus, & eandem præbendam conferre pluribus, quod non valet id, quod factum est, sup. de præb. *Tue*, lib. 3. sed si intendebat utrumque eligere in canonicum, talis electio valuerit, ut sup. de præb. *Dilectos*, lib. 3. quia intelligitur eos ad duo jura elegisse, nam ex suo consensu jus novum creare possunt, & spirituale, sicut quandoque sine temporali, quod est contra id 1. q. 3. *Si quis objicerit*. Sed unum est, quod perpetuo non potest consistere sine eo, unde illo mortuo, statim illud jus mortuum est, unde non posset ibi peti canonica, tamquam ibi jus aliquod vacaret.

m Sic sup. de fide instrument. *Inter.* Videtur tamen, quod causa istorum ita sunt connexæ, quod sententia lata contra debet obstare reliquo, sicut sententia lata contra electum nocet intruso, sup. 2. q. 6. *Hoc quippe*, & sententia lata contra electores nocet electo, sup. de. electione *Dudum*, sicut sententia lata contra ordinatum nocet ordinatori, ut 8*t. dist. Tantis*, & 59*dist. Ordinatos*, sicut sententia lata pro Martino, quod sit vir *Beret*, per consequens probatum est, quod Petrus non est Martinus, ut sup. de sponsal. *Ex parte*; sed tamen hic secus est, quod hic non agitur de jure alterius, sed in præmissis casibns agitur, sic sup. de adulter. *Significavit*, lib. 1. D. de adulter. *Denuntiass*. Sed quid si postea agitur contra secundum, & ille secundus opponit, num quid hoc proderit priori, & retractatur? sententia lata pro uno ex sociis prodest omnibus, ut 2. q. 6. §. *Diffinitius*, ut est antiquum. D. si servitus vindicetur, *Loci*, §. secundo. Sed non est ita, quia illud opponit, cum non

capitulum saepius Episcopum monuisset [a], ut ad celebrandam Cantoris electionem cum eo pariter conveniret; eodem Episcopo intra semestre tempus id facere negligente, capitulum uti cupiens jure suo, in ecclesiæ memoratae capitulo, sicut moris est, dilectum filium P. ejusdem loci canonicum in Cantorem elegit, ne quid in ejusdem electionis præjudicium fieret, appellando, quam supradictus S. auctoritate Apostolica petiit confirmari, ac electionem, quam ven. f. n. Compostellanus Archiepiscopus post ap. hujusmodi de G. (1) clericu multis criminibus (b) irretito, ac tunc temporis vinculo excommunicationis [c] astriktio fecerat, tamquam minus canonice celebratam cassari. Dictus vero R. proposuit ex adverso, quod emerso sex measum spatio, intra quod ad Episcopum, & capitulum Cantoris electione pertinebat. Decanus, & quidam alii canonici Salamantin. Episcopo, Archidiacono, & non nullis aliis canonicis, qui præsentes aderant in civitate, inconsultis, non consueta hora (d), vel in capitulo (e) juxta morem, sed in ecclesia potius, quibusdam laicis (f) advocatis, stulte, & inordinate nimis eligere præsumperunt; & cum jam dicti Archiepiscopi, qui eos propter hoc excommunicaverat, adire præsentiam noluerent, & (2) ipse intelligens auctoritatem eligendi juxta Lat. concilii statutum ad se devolutam, supradictum G. in Cantorem elegit, & eundem fecit de catoria corporaliter investiri. Postmodum autem Decanus, & sui complices nobis de his mentione non habita, suggestendo, quod Episcopus, qui monitus saepius intra sex menses eligere noluerat, in ecclesiæ detrimentum, eo, qui in Cantorem ab eodem Decano cum maiore parte capituli institutus fuerat, spoliato, alium instituerat in Cantorem (g); ad Decanum, Archid. & Archipresbyterum Abulen. nostras litteras impetravit, quarum auctoritate cum supradictus G. ab eisdem fuisse judicibus evocatus, eisdem inhibuit, ne per dictas litteras procederent contra eum, cum in eis de sua electione (h) facta per Archiepiscopum, nulla

mentio haberetur, & cum propter hoc, tum quia prima citatione ad loca remota peregrinorie [i] citatus extiterat, tum etiam quia judices quosdam ex electoribus dicti P. consanguinitatis (k) linea contingebant, ad sed. Ap. appellavit. Sed judices nihilominus ad Salamantinam accedentes ecclesiam, supradictum P. in cantoriæ possessione causa rei servandæ contra iustitiam induxerunt. Cum igitur super his, & aliis coram eodem Card. procuratores ipsi aliquandiu litigassent, & ipse nobis fideliter retulisset, quæ proposita fuerant coram eo, quia nobis constituit a supradicto Decano, & ejus sequacibus post elapsum (l) sex mensium spatium, intra quod Episcopus, & capitulum, prout communiter spectabat ad eos, procedere ad electionem Cantoris neglexerant, electionem supradicti P. minus canonice celebratam eandem decrevimus irritam, & inanem; & appellationem ab eodem Decano, & suis fautoribus interpositam, factum Archiepiscopo, ad quem jam erat eligendi auctoritas devoluta, nequivisse aliquatenus impedire (m). Quia vero contra personam illius (n) G. quædam objecta fuerant, de quibus nobis non potuit fieri plena fides, mandamus, quat. nisi jam dicto G. aliquod canonicum obvieret, electionem de ipso factam sub. ap. ob. confirmetis, facientes ipsum ejusdem cantoriæ pacifica possessione gaudere. Contradictores &c.

C A P U T III.

Idem V. Episcopo.

V Acante quadam præbenda in ecclesia tua, c. 26. e. t. duas ex ea constituens, ad illas de assensu capituli tui duos canonicos assumpisti, quorum altero apud sed. Ap. viam universæ carnis ingresso, quam defunctus habebat (4), quidam clericus nomine Hippolytus fuit auctoritate sed. Ap. asscutus. Verum cum idem Hippolytus te super integratione præbendæ per quasdam nostras litteras inquietet, & alias idem jus adversus te se habere proponat, quid facere debeas postulasti per sed. Ap. edoceri. Super quo f. t. sic duximus respon-

den-

(1) B. (2) Al. deest. (3) *Ipsum.*

von præcessit sententia contra unum. a Numquid eo ipso, quod monitus noluit eligere, poterant alii eligere ipso jure? Videtur, quod sic, ut sup. de elect. *Quod sicut*, lib. 3. & *Cum nobis*, maxime cum hora suspesta sit in electione, ut sup. eod. *Cum inter*, lib. 3. & res est talis, quæ non capit dilationem, sup. ut lite non contest. *Quoniam*. E contra videtur, quod teneatur expectare usque ad finem sex mensium, arg. 2. q. 6. *Appellatores*, & sup. de off. deleg. *Consuluit*, lib. 3. & usque ad tempus, quo desinunt posse eligere, ut D. de verborum obligat. *Insulam*, nam cum adhuc aliqua superest dilatio, non videtur esse in mora ad instar absentis, qui expectatur, usque prope finem triennii. C. de judic. *Properandum*. §. *Hujus*, ad hoc arg. D. de excusat. tutorum *Non tantum*, in principio, nam & tutor, qui spectat contumorem suum venire nolentem, non utetur precibus suis, præcipiti festinatione, sed moratoria cunctatione. D. de administr. tutor. *Qui*. §. 1. immo videtur, quod per toruam tempus sex mensium non sit in mora, ad instar debitoris, cuius arbitrio torus ultimus dies cedit, ut instar, de verbis. obligat. §. 2. & arg. ad hoc sup. de appell. *Personas*, lib. 1. & ita videtur, quod non interest sive in continentia ante sex menses, sive in continentia post sex menses fuit * electio, arg. D. de verbis. obligat. *Qui autem*, & D. de verborum signif. *Ubi*. Sed haec antea non proficiunt, ut patet ex hac decretali, & quia mora in electione suspecta est, ut dixi, & quia per alterius negligentiam non debet alterius jus corrupti. D. de liber. causa. *Si pater*, & quia vitium alienæ cessationis ad dispendium tuum pertinere juris ratio non patitur, ut C. de administrat. tutor. lib. 1.

(4) *Habuerat.*

b *Tantit*, sup. 81, dist. *Canonici*.
c Sup. de æstat. & qualit. *Cum bone*, lib. 2. sup. de cler. excomm. ministr. *Postulasti*, sup. de elect. *Coram*, lib. eod. Jo.
d Sup. de elect. *In causis*, lib. 3. sup. de appell. *Qua fronte*, lib. 1. sup. de elect. *Venerabilem*, lib. 3.
e Sup. 2. q. 2. *Precepitum*, contra 23. dist. *In nomine*. f Hoc non sive ubi †, 63. dist. *Hadrianus*.
g In hoc falsum suggestit, quia Archiepiscopus eum instituerat. h Sup. de sent. & re jud. *Clerici*, lib. eod.
i Quod esse non deber, nisi ex catena, ut sup. de dolo, *Dilecti*, lib. 1. & sup. de in integr. rest. *Cum ex offici*, in fine. k De hac materia dixi sup. de offic. delegat. *Cum olim*, lib. eod.
l Hic patet, quod mora non purgarur, sup. de suppl. negl. prælat. *Licet*, lib. eod.

* Fiat, forte.

Prior, forte.

m Ubi ergo potior * electio nulla est, non impediat, quin post illam possit celebrari, sup. de elect. *Cum Wintoniensis*, arg. contra sup. de elect. *Bona*, lib. eod. Jo.

dendum, quod cum Turon. statuta (a) concilii sectionem inhibeant præbendarum, teneris utriusque de his, quæ vacare contigerit, integrare (b) præbendam, nisi forte rationabili causa de vacante præbenda supradicta duæ fuerint constitutæ (c), ac (1) tot sint utriusque proventus, quod per utramque sit utriusque provisum in beneficio competenti.

C A P U T IV.

Idem in conc. Later. Conf. XXXIV. (2)

c. 28. e.t. **D**E multa providentia fuit in Later. concilio prohibitum, ut nullus diversas dignitates ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales recipere contra sacrorum canonum instituta; alioquin & recipiens sic receptionem amitteret, & largiendi potestate conferens privaretur. Quia vero propter præsumptiones, & cupiditates quorundam nullus haec tenus, aut rarus de prædicto statuto fructus provenit, nos evidenter, & expressius occurrere cupientes, præsenti decreto statuimus,

ut quicumque receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat [3], eo sit ipso jure privatus (d), et si forte illud retinere contendenter (e), etiam alio spoliatur. Is quoque, ad quem prioris spectat * dominatio, illud post receptionem f) * donatio alterius libere conferat, cui merito viderit conferendum; & si ultra sex menses conferre distulerit, non solum ad alium secundum Later. concilii statutum devolvatur, verum etiam tantum de suis cogatur [g] proventibus in utilitatem illius ecclesiæ, cuius illud est beneficium, assignare, quantum a tempore vacationis ipsius ex eo constiterit esse perceptum. Hoc idem & in personatis decernimus esse observandum, addentes, ut in eadem ecclesia (h) nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum: circa sublimes tamen, & litteratas personas (i), quæ majoribus sunt beneficiis honorandas, cum ratio postulaverit, per sed. Ap. [k] poterit dispensari.

CA.

[1] Aut. (2) XXVIII. (3) Obtinebat.

a Sup. de præb. Majoribus, lib. 1.

b Sed quare tenetur integrare, cum talis electio nulla fuit, ut sup. eod. *Dilectio*, Respondeo, isti fuerunt simpliciter electi, & ideo tenuit electio, licet non valuerit talis assignatio, ut sup. de præb. *Dilectus*, lib. 3. vel dic, quod licet non valuerit talis electio, Episcopus tamen tenetur integrare præbendam, cum ipse non posset talem donationem, quam ipse fecit, revocare, sup. de donationibus, *Inter*, lib. 3. sup. de concess. præb. non vacant. *Cum pro questione*. c Hic patet, quod de una præbenda possunt fieri duæ, & secundum hoc erunt ibi duo nova iura; sicut una ecclesia potest dividiri in duas, 16. q. 1. *Præcipimus*, sup. de eccles. adi. *Ad audientiam*, lib. 1. & de uno fundo duo fundi. D. communia prædior. *Si quis duas. Joann.*

d Idem est in præbenda, ut extr. 3. de concess. præbend. non vac. *Litteræ*, & intellige, si prius sufficiens beneficium habuit, ut 10. q. 3. *Unio*, & in aliis quinque casibus qui notantur 21. q. 1. in summa.

e Idest, contentiose voluerit illud in jure retinere: si enim ante item contestatam ei renuntiaverit, evitat hanc poenam, sicut est in alijs statutis sub poena, ut D. rem tamam haberi *Amplius*. D. de ius vocando *Quamvis*, sic ponitur 16. q. 1. *Statuimus*. f Fallit hoc in Episcopatu, quem recipiendo non statim perdit quis priora beneficia, nisi post tempus consecrationis, ut extr. 1. de elect. *Cum in cunctis*, nec sola receptione perdit, nisi sequatur translatio, ut 21. q. 2. *Si quis*. Tamen dico, quod licet eligitur habens quis plura stipendia, sive ad majorem, sive ad minorem dignitatem, sed recipiendo aliud perdit prius. * iura videbatur ineligibilis, qui haberet tale stipendium, ut extr. 1. de præb. *Quia*, nisi sequatur transactio, ut 21. q. 2. *Si quis*.

g Si propria habet, alioquin delictum ejus redundaret in dānam ecclesiæ, ut extr. 1. de appellat. *Reprehensibilis*, 16. q. 6. *Si Episcopum*; sed si non habet propria, puniatur alia poena, ut 16. q. 6. *Illud*, & infra de sent. excomm. *Sub intermissione*. Joann. b Nota, quod non facit hic mentionem de præmissa poena, unde licet in eadem ecclesia recepit quis plures dignitates, non ideo perdit priorem dignitatem, quia poenæ sunt potius artandæ, quam extendendæ *, ut de ponit. dist. 1. *Pœnae*. D. de pœnis, *Interpretatione*, & rationem hujus jam dicam. i Hic magis habetur ratio litteraræ, quam bonitatis in dispensatione obtinenda; alias *andæ*.

k Numquid ratione hujus verbī intelligis Episcopis præclusam esse viam * dispensandi circa pluralitatem stipendiiorum, cum a canone antiquo hanc habeant potestatem, ut 70. dist. *Sacros*, & sicut Papa habet potestatem circa Episcopatus, sic Episcopi circa ecclesias, ut extr. 2. de excessi. prælat. *Sicut unire*, nec credendum est Papam velle aliorum Episcoporum iura diminuere, ut 99. dist. *Ecce*, & cap. *Nullus*; & si cuilibet Episcopo sua potestas non servatur, quid aliud est, quam quod ecclesiasticus ordo confunditur? ut 11. q. 1. *Pervenit*, in fine, & quidquid facit Papa, semper intelligitur sine præjudicio aliorum facere, ut 9. q. 3. *Nunc vero*. C. de emancip. lib. *Nec avus*, nec enim * debet nasci injuriarum accusatio, unde iura prodierunt, ut extr. 3. de accusat. *Qualiter*. Neque credendum est, quod Romanus Princeps uno verbo velit juris obseruantiam subvertere, ut C. de inoffic. testam. *Si quando*. Nec obstat, quod hic dicitur *Per sed. Ap.* quia omnis dispensatio, quæ sit, per ipsam sit, & similes modos loquendi sèpius invenio, nam metropolitanus suo iure potest consecrare Episcopum, & tamen canon dicit, hoc auctoritate sedis Apostol. ipsum facere, ut 64. dist. *Ordinationes*. Simile est extr. 1. de offic. Archid. cap. ult. item non dicit hic solum Papam posse dispensare, sed simpliciter dicit Papam: sed aliud est dicere solum Episcopum, aliud Episcopum dicere simpliciter, ut extr. 3. de testament. *Requisiti*. Similiter canon dicit, quod omnis oppressus appellat ad sed. Romanam, ut 2. q. 6. *Ad Romanam*, nec ideo excluditur, quin ad alios possit appellari. Item per illa verba sibi Papa specialiter non reservat hanc potestatem; ergo & aliis permittitur, ut extr. 3. de sentent. excomm. *Nuper*; & nisi expresse corrigatur vetus jus, manebit verus cum novo, ut C. de appellat. *Præcipimus*, in fine, & quotiens nova actio inducitur, verus non tollitur, nisi hoc expressim dicatur, ut D. de actionibus, & obligat. *Quotiens*. Præterea Episcopi habent potestatem dispensandi circa longe majora his, ut extr. 1. de judic. *At si clerici*, & quæ illa sunt notavi 1. q. 7. §. *Nisi*. E contra videtur quod Episcopus non habeat potestatem dispensandi circa hoc quia per canonem Lateran. Episcopus privabatur potestate conferendi beneficium, qui id * conferebat habenti aliud, ut extr. 1. de præb. *Quia*. Patet ergo, quod non potuit dispensare. Item cum hic Papa tantum exprimitur, ergo alii non possunt, ut arg. 95. dist. *Illud*. Quod enim de uno dicitur, de alio negatur, 25. dist. *Qualis*, & sic argumentatur Innocentius extr. 3. de his, quæ sunt ab Episcopo cap. 1. in fine, sic D. de coadiacion. & demonstr. *Cum ita*. Ad hoc dico, quod hodie adhuc eandem habent potestatem Episcopi, quam antea habuerunt in dispensando, nec aliquis Episcopus hanc habet potestatem, ut possit dispensare in hoc, quod aliquis plures ecclesias habeat, tamquam intitulatas in diversis Episcopatibus, nam in hoc casu sequeretur immo possi.

* Sed pey
priora, forte.

* Ampli-
andæ.

* Potestia-
tem.

* Inde.

* Illud.

* Illud.

654 Collectionis Quartæ Decretal.

C A P U T V.

Idem in eodem Conf. XXX.

c. 29. e. t. **G**raue nimis est, & absurdum, quod quidam ecclesiarum prælati, cum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promovere, assu mere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum, non judicium rationis; unde quanta ecclesiis damna proveniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus, ut prætermisis indigneis assumant idoneos, qui Deo, & ecclesiis velint & valeant gratum impendere famulatum, sicutque de hoc in provinciali concilio diligens inquisitio (*a*) annuatim, ita quod, qui post primam, & secundam correctionem (*b*) fuerit repertus culpabilis, a conferendis beneficiis per ipsum concilium suspendatur, instituta (*c*) in eodem concilio persona provida, & honesta, quæ suppleat suspensi defectus in beneficiis conferendis, & hoc ipsum circa capitula, quæ in his deliquerint, obser vetur; Metropolitani vero delictum superioris judicio relinquatur, ex parte concilii nuntiandum. Ut autem hæc salubris provisio pleniorum conse quatur effectum hujusmodi suspensionis sententia præter Rom. Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ minime relaxetur.

C A P U T VI.

Idem in eodem Conf. XXXII.

Extrpandæ consuetudinis vitium in quibusdam partibus inolevit, quod scilicet patroni ecclesiarum parochialium, & alia quædam persona proventus ipsarum sibi penitus vindicantes, presbyteris earundem servitiis deputatis relinquent adeo exiguum portionem, ut ex ea congrue nequeant sustentari. Nam, ut pro certo dicimus, in quibusdam regionibus parochiales presbyteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartæ, idest sextam decimam decimorum, unde fit, quod in his regionibus poene nullus parochialis sacerdos, qui vel modicam habeat peritiam litterarum, cum os bovis alligari non debat trituranus (*d*), sed qui altari servit, debeat vivere de altari, statuimus, ut consuetudine quilibet Episcopi, vel patroni, seu cuiuscumque alterius non obstante, portio presbyteri ipsis assignetur sufficiens (*e*). Qui vero parochiale habeat ecclesiam, non per vicarium, sed per se ipsum illi deserviat in ordine (*f*), quem ipsis ecclesiæ cura requirit, nisi forte dignitati, vel præbendæ parochialis ecclesia sit annexa, in quo casu concedimus, qui talem habet præbendam, vel dignitatem, cum oporteat eum in majori ecclesia (*g*) deservire, in ipsa parochiali ecclesia idoneum, & per-

* *Item.*

possibilitas juris, quia qua ratione talis clericus deberet ordines recipere ab uno, & ab alio, & æque cogeretur stare mandato unius, ut alterius, cum mandata forte sint adversa, & ille juravit obedire utriusque. Ideo * ex hoc sequeretur, quod unus ordinaret clericum alterius sine dimissoriis litteris, & nemo potest duobus dominis servire: hanc impossibilitatem juris solus Papa potest operari. Unde si Papa alicui concedit, quod habeat titulum in diversis ecclesiis, hoc ipso dedit ei potestatem sumendi ordines, a quo velit, dum tamen quandoque sumat ab uno, quandoque ab alio; sicut quandoque faciet residentiam in una præbenda, quandoque in altera, vel occupantis condicio erit ibi melior. Possunt ergo canonici adhuc dare alicui canonico aliam præbendam, vel ecclesiam, non ut habeat illam pro titulo, quia hoc solus Papa potest, sed ut habeat eam pro beneficio, ut 16. q. 1. *Possessiones*, & q. 6. *Illiud*, si tamen quis recipit secundam ecclesiam pro titulo, non statim eo ipso perdit primam, nisi se transferat ad secundam, ut 21. q. 1. *Si quis jam translatus*, & etiam intellige, quando recipit secundam de auctoritate prioris Episcopi; alioquin si eo irrequisito recipere secundam, adhuc posset revocari a priori Episcopo, ut 7. q. 1. *Non oportet*, & cap. *Si qui vero*, & sic patet, quod ipso iure non perdit primam, nisi velis dicere, quod perdidit eam quantum ad se, non quantum ad Episcopum; non sufficit ergo recipere secundam, nisi adipiscatur possessionem illius, ad hoc ut perdat primam, ut 92. dist. *Si qui Episcopi*. Sed si quis in eodem Episcopatu recipit plures ecclesiæ, hæc constitutio non extenditur ad ipsum, quia ex hoc non sequitur repugnantia, cum semper maneat clericus unius, & ejusdem Episcopi: si quis ergo vult recipere ecclesiam in alio Episcopatu, protestetur hoc, quod recipit eam quasi commendatam, vel recipiat eam sub hac condicione: si Papæ placuerit: vel si Papæ non placuerit, substituatur ei alter, ut 61. dist. *Studii*, §. finali, *Mibi quandoque* Papa Innocentius dixit, quod talis electio non valeret: „eligo istum, si Papæ placuerit“; non magis, quam si diceretur: „cognosco uxorem istius, si placuerit viro“. Vel facias vim in eo, quod dicit *Majoribus*, ut Papa dispenset de majoribus dignitatibus, Episcopi de minoribus. Vel dic, quod præcluditur hic Episcopi tantum vaga, & indiscreta dispensatio, non utilis, vel necessaria, sicut per remotionem appellationis non excluditur probabilis, vel necessaria appellatio, vel quæ invenitur scripta, ut extr. 3. de appell. *Pastoralis*, sic vides, quod cum prohibemur jurare, intelligendum est de temerario, & indiscreto iuramento, ut 22. q. 1. cap. 2. & est simile 33. q. 2. *Quos Deus*, sic vides, quod si Episcopus promovet indignum, licet dispensare possit cum ipso, tamen punitur, ut 51. dist. *Qui in aliquo*, nec est alia ratio, nisi quia indiscreta dispensat, ut 81. dist. *Quicumque*, hoc potest probabiliter sustineri, & est bonum arg. ad hoc 50. dist. *Ut constitueretur*. *Joann.* * Cum de hoc fama præcessit, nam alter non habet locum inquisitio, vel dic, quod semiplene fiat inquisitio, ut sup. in constitutione illa, *Sicut olim*. *b* Cum ergo Episcopus se possit in hoc casu corrigeri, videtur, quod non eo ipso, quod confert beneficium indigno, perdit illa vice jus conferendi, & sic est contra sup. eod. *Nihil est*, sed illam constitutionem intelligas cum dicto istius. *c* Sed quare præjudicat hoc absentibus non vocatis, cum res inter alios acta alijs non præjudicet, ut extr. 3. de tide instr. *Inter*, & est contra regulam illam, extr. 1. de adulter. *Significasti*. D. de adulteriis. *Denuntiaſſe*, sed istud est propter causæ connexionem, quia ita est connexa causa ordinatoris, & ordinati: ut si unus fuerit convictus, & alter, ut 81. dist. *Tantis*, in fine, & 3. q. 6. *Hoc quippe*, sic extr. 1. de sponsal. *Ex parte*. *Joann.* *d* 13. q. 1. §. *Item non alligabis*. *e* Idest, quæ sufficiat sibi, & suis, ut 50. dist. *Studeat*, & unde honeste, & sufficienter se potest procurare, & recipere hospites, ut extr. 1. de præb. cap. ult., tamen hæc sufficientia perpenditur ex qualitate personarum, quia minus debet sufficere pauperi, quam diviti, ut 41. dist. *Non cogantur*. *f* Ut 24. dist. *Presbyteri*, sed ideo dicit hoc, quia si ecclesia sufficit pluribus potest etiam in minori ordine ministrare suæ ecclesiæ, & habere secum alium, qui in ordine sacerdotali ministret, secus si sufficit tantum uni, ut extr. 1. de *stat. & qual. Preterea*. *g* Hic manifeste videtur, quod non potest quis habere simul præbendam, & ecclesiam, quod concedo, si utramque velit habere, quasi titulum.

perpetuum (a) studeat habere vicarium canonice institutum, qui, ut predictum est, habeat de ipsius ecclesiae proventibus portionem; alioquin illa se sciat auctoritate hujus decreti privatum, libere aliis conferenda, qui velit, & possit, quod predictum est, adimplere. Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de proventibus ecclesiae, quae curam debet habere proprii sacerdotis, alii pensionem quasi pro beneficio conferre (b) presumat.

C A P U T VII.

Idem in eodem const. LXI.

c. 31. eod. **I**N Lateranen. concilio c) noscitur fuisse prohibatum, ne quilibet regulares ecclesias, seu decimas sine contentu Episcoporum de manu presumant accipere laici, nec excommunicatos, vel nominatum interdictos admittant aliquatenus ad divina. Nos autem id fortius inhibentes, transgressores digna curavimus animadversione punire. Statuentes nihilominus quatenus in ecclesiis, quae ad ipsos pleno jure non pertinent, juxta ejusdem statuta concilii, Episcopis instituendos presbyteros representent, ut illis de plebis cura respondeant; ipsis vero pro rebus temporalibus [d] rationem exhibeant competentem, institutos vero non removere audeant inconsulti Episcopi. Sane adjicimus, ut illos representare procurent, quos vel conversatio reddit notos, vel commendat probabile testimonium prælatorum.

T I T U L U S III.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ, ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

C A P U T I.

*Idem Abbatii, & conventui monasterii sancti Michaelis de * Crasto.*

* Carafa.
Cujac.
cap. 14. de
conc. præb.

Accedens ad sedem Apostolicam dil. fil. R. clericus sua nobis insinuatione monstravit, quod cum promiseritis vos provisuros, eidem in ecclesiastico beneficio, cum possetis, sicut per litteras Decani Sueffion. & suorum coadjutorum super hoc a fide Apostolica delegatorum, quibus

tenor litterarum vestrae promissionis erat interfusus, liquido edocebat, vos id hactenus efficere non curatis, allegantes coram judicibus memoratis, quod talis promissio vos nullatenus obligarat (1), cum videretur esse facta contra statuta Lateranen. concilii, quod promotionem inhibit beneficii non vacantis. Nos autem considerantes, quod aliud est prælatum promittere beneficij collationem, cum poterit aliud cum vacabit, cum in multis (e) casibus se facultas offerre posset, in quibus non esset collatio in expectatione vacaturi beneficij differenda, per Ap. vobis s. mand. quat. memor. R. competens ecclesiasticum beneficium assignetis. Alioquin Abbatii sancti Joannis, & Decano Sueffion. damus nostris litteris in mandatis, ut vos ad id per cens. ec. ap. rem. compellant.

C A P U T II.

Idem P. subdiacono nostro, Praeposito, & capitulo Ebrudun.

Postulatis per sed. Apostolicā edoceri, ut cum c. 15. eod. ad vos simul, & Archiepiscopum vestrum donatio præbendarum ecclesiae vestrae pertineat, utrum præbendarum vacantis donatio penes Archiepiscopum ipsum remaneat, si eam intra semestre tempus neglexeritis ordinare. Ad quod vobis breviter respondemus, quod si vos, & idem Archiepiscopus intra tempus praescriptum negligentes extitistis, circa collationem [2] vacantium præbendarum, sicut nec ab illo ad nos (3), ita nec a vobis ad illum potestas devolvitur conferendi, sed secundum statuta Later. concilii, ad superiorum transit donatio earundem, nisi forte Archiepiscopus, non ut prælatus, sed ut canonicus (f) vobiscum habeat jus conferendi, & in hoc casu cum 4) dolose forsitan impedit, dolus ei (g) suffragari non debet.

C A P U T III.

Innocentius in registro [5].

Accedens ad præsentiam nostram G. nepos cap. 23. de accus.
quondam subd. n. H. sua nobis quæstione monstravit; quod cum dil. fil. noster H. subd. apud

(1) Obligaret. (2) Collationes. (3) Vos.

[4] Si, al. [5] Al. Idem.

^a Eo ipso est perpetuus, quod de auctoritate Episcopi est institutus, ut extr. 1. * de off. vicarii. ^b Ad hoc *.
^c Hoc enim in posterum posset esse perniciosum ecclesiae, ut extr. 2. de arbitris, Peruensi. Joann.

^d Extr. 1. de jure patron. ^e Quid auem. ^f Qualiter hoc intelligatur, habes 16. q. 2. Sanq., extr. 1. de capell. monach. In ecclesiis. Joann. ^g Generalior est enim ista concessio, Cum potero, quam ista Cum vacabit; & * in una promissione contingit ita, expectare mortem alterius, sicut in altera; nam possunt aliqui iuste privari ecclesiae, aliqui renuntiant ecclesiae. Item, quia possunt alii adjungi tamquam socii in ecclesia; item de una ecclesia * possunt fieri due, & sic non est timor, quod sperer mortem proximi, quod fuit causa prohibitionis, ut sup. eod. cap. 2. lib. 1. Sæpe enim permittitur aliquid in genere, quod non permittitur in specie, ut 13. q. 2. Non assimilamus, 23. q. 4. Non potest, & D. de quæstion. l. 1. §. Quæstionem. Eodem modo videtur, quod hæc promissio tenet: „ promitto tibi ecclesiasticum beneficium “; cum ipsa sit generalis. Joann. ^h Hic manifeste habes, quod non devolvitur jus a capitulo ad Episcopum, ubi Episcopus est unus eligentium; ut de hac materia plene sum executus sup. de off. ord. Inrefragabili. Sed qualiter potest Episcopus sedere in capitulo, quasi canonicus? Nam quam cito sit Episcopus, vacant omnia priora beneficia, sup. de elect. Cum in cunctis, & municeps desinit esse, senatoriam adeptus dignitatem, ut D. de verb. significat. Si municeps, nec potest dici, quod postea possit eligi in canonicum, quia secundum hoc oportet ipsum confirmare suam primam electionem, quod esse non posset, sup. de institutionibus, Cum ad nostram, lib. 3. Sed dices, quod licet dignitates priores perdat, jus tamen canonici retinet, non tamen, quod prius habebat, sed scilicet quod consuevit Episcopus habere per vicarium: & eo ipso, quod quis eligatur in Episcopum, eligitur ad tale jus canonici. Sed fortius obiicio, si Episcopus eligitur, quasi canonicus de novo electus, ergo in eligendo primam vocem non habebit, ut de hoc dixi sup. de off. ordin. Inrefragabili. Relp. illud jus canonici, ad quod electus in Episcopum est, est privilegium, & excedit alia jura, & hoc ideo, quia istud jus annexum est Episcopali dignitati, & ratione connexionis sæpe fortitur aliquis privilegium, ut 18. q. 4. Si quis consumat, D. de rei vindic. Quæ religiosis. ⁱ Si ergo capitulo procurante Episcopo infra semestre non eligit, non obserbit hoc capitulo, ut hic dicitur; quia illud tempus restituendum est eis, D. ex quibus causis maiores, Ait Praetor, §. ult. & l. Sed & si. §. Hoc quoque, & sup. de in integr. restit. Ex litteris, lib. 3. Secus si dolo alterius factum esset, tunc ageretur contra illum, qui dolum fecit, D. de dolo, Arbitrio, §. penult. Jo.

apud sed. Ap. viam universæ carnis ingressus fuisset, præbendam, quam decedens habuerat in ecclæsia Crem. ei duximus conferendam, ven. fr. n. H. Episcopo, & dilectis f. capitulo ecclæsæ Cremon. injungentes, ut eum in fratrem recipereant, & tam stallum in choro, quan locum in capitulo, præbendam eandem ipsi sine difficultate aliqua assignarent; tibi etiam fili Archid. & dil. f. Præposito sanctæ Agathæ deditus in mandatis, ut si Episcopus, & canonici mandatum Ap. non implerent, vos illud sub. ap. ob. exequi curaretis, contradictores per cens. eccl. app. rem. compescentes. Cumque tu, & idem Præpositus, sicut ex litteris vestris accepimus, monuitis Episcopum, & canonicos Cremon. ad mandatum Ap. exequendum, ipsi assuererunt nostras litteras per veri suppressionem obtemperas, cum viante adhuc subd. prædicto filium cuiusdam nobilis civis Crem. in canonicum recepissent, & promisissent proximam vacaturam, adjecerunt etiam, quod ante receptionem litterarum nostrarum nuntium suum (a) ad sed. Ap. delinuarunt, & ideo ne procederetis ulterius, ad audientiam nostram appellarunt. Juvenis etiam, cui per Episcopum, & canonicos eadem fuerat præbenda concessa, duxit ad audientiam nostram proclamandum, unde vos non processistis ulterius, sed quæ acta fuerant, per vestras nobis litteras intimastis. Petebat igitur memoratus G. ut ex eo, quod canonici contra Later. concilium fecerant, impedire non pateremur nostræ concessionis effectum; sed præbendam ipsam faceremus eum pacifice possidere, quæ si fuisset etiam juveni memorato concessa, debebat tamen nostra concessio, quæ præcesserat, prævalere. Verum dil. fil. Bonus Joannes prædictorum canoniconum, & Episcopi nuntius proposuit, quod priusquam ad eos mandatum Ap. emanasset, præbendam ipsam juveni concesserant memorato; & subjunxit, quod dictus G. super homicidio, & perjurio infamia publica laborabat: unde non solum admittendus non erat ad Cremon. ecclesiam, sed eliciendus potius etiam dum (t) fuisset admissus (b). Episcopus quoque per suas nobis litteras intimavit, quod cum pro eodem G. litteras Ap. receperet, ei consuluit, ut si conscientia salva posset, tamen saltē de perjurio, & homicidio se purgaret, nisi contra eum appareat legitimus accusator; sed ipse purgationem præstare noluit,

nec offerre. Nos igitur attendentes, quod * si filius nobilis memorati, sicut Episcopi, & canoniconum Crem. & executorum nostrorum litteræ attestabantur, fuit contra Later. concilium ad proximam vacaturam admissus, ut postmodum acceperunt, non vacantem, cum priusquam de morte sub. ad Crem. certus nuntius pervenire potuisse, prædictam præbendam concesserimus memorato G. d. v. per Ap. sed. mandamus, quatenus, quod de præmisso juvne factum est, denuntietis irritum, & inane; ac nisi præfatus clericus super prædictis (2) criminibus publice (c) fuerit infamatus, concessionem nostram [3] sibi factam per cens. eccl. ap. rem. executioni mandetis. Demum (4) si legitimus accusator apparuerit, audiatis, quæ fuerint hinc inde proposita, et si prædicta crima, vel eorum aliquod legitime fuerint probata (5), ipsi super eadem præbenda, perpetuum silentium (d) app. postposita imponatis. Quod si probare nequierint, eam sibi auctoritate Ap. confirmetis. Si vero contra eum legitimus non apparuerit accusator, si ipse super prædictis criminibus dignoscitur fama respersus, purgationem ei canonicam indicatis, in qua si forte defecerit, perpetuum silentium ei imponere curetis; si autem præstiterit ipsam, contradictores ab ejus molestia compescatis, & eos, qui nisi sunt impedire, in expensis (e) ipsi legitimis condemnatis,

C A P U T IV.

Innocentius III. Vercellen. Episcopo (6).

Dilectus f. G. clericus, pro quo canonicando in ecclesia Novarien. scripsieramus, quod præb. intendebat per nostras litteras, non obtento contra canonicos ejusdem ecclæsæ nobis proposuit conquerendo, quod cum pro eo ad Novarien, capitulum mandatum Ap. missemus, ut eum in canonicum reciperent (f), & in fratrem, præbendam, si qua tamen tunc vacabat, conferentes eidem, ipsi non solum mandatum Apostolicum noluerunt adimplere, verum etiam præbendam vacantem, quam mandavimus illi conferri, presumperunt alii assignare. Unde petebat a nobis, ut quæ de ipso incepéramus, exequi dignaremur. Magister autem Greg. Novarien. ecclæsæ procurator proponebat e contra, quia cum nulla in ecclæsia vacaret præbenda, prædictus clericus ad Ap. sed. accedens falso in ecclæsia ipsa nobis suggestus vacare præbendam, & ad suggestionem fal-

sam

(1) Si. (2) Dicitis. [3] Vestram. (4) Deinde.

a Hæc ratio hodie non excusat, sup. de appell. Ut debitus, lib. eod. b Videtur, quod electus a canonici patior esse debet, quia prius erat electus, quod licite potuit fieri. Unde proxime vacans, prius ei assignanda est. c Hic viderur, quod si aliqua exceptio obiicitur electo, nisi electus sit publice infamatus de eo, quod obiicitur, quod differenda sit exceptio, donec electus sit admissus, sic supra de appell. Constitutis, in fine, lib. 3. sic C. de falsis, l. 2. sic C. de edito D. Hadrian. l. 2. hic secus sit in teste sup. de testib. Super eo. lib. 1. Item contra 81. dist. Tantis. ut primo dixi. d Super præbenda, non super illis, quæ prius habuit, sup. de electione Per inquisitionem, sup. de accusat. Super, lib. 3. e Nam quia exceptionem, quam obiicit, non probat, in expensis est condemnandus, sup. de except. Pastoralis, lib. 3. sup. de dolo, Finem lib. lib. 3. f Nota, quod consideratur tempus receptionis litterarum, sic sup. de foro comp. Licer, lib. 3. sicut in litteris, quæ imperrantur contra usurarios. Quandoque licet tempore oblati libelli non recte agat, si tamen postea incipit jus competere, percipi potest judicium, ut D. de pign. act. Si rem quamlibet, D. de rei vind. Si autem, §. primo. D. de inoff. testam. Si non, §. ult. Arg. contra quia tempus datae est considerandum sup. de rescript. Eam te, lib. 2. Item arg. contra D. ad exhibendum Tigni. §. ult. Item est hic argumentum, quod si iudex tempore impetracionis litterarum sit excommunicatus, & tempore receptionis sit absolutus, quod valent litteræ tales Arg. sup. de appell. Super eod. sup. de rescript. Pastoralis, lib. 3. D. de judiciis. Cum furiosus, arg. sup. de ærat. & qual. Præterea. D. de adquir. hered. l. 5.

(5) Fuerit contra eum comprobatum. (6) Idem.

Ut debitus, lib. eod. b Videtur, quod electus a canonico patior esse debet, quia prius erat electus, quod licite potuit fieri. Unde proxime vacans, prius ei assignanda est. c Hic viderur, quod si aliqua exceptio obiicitur electo, nisi electus sit publice infamatus de eo, quod obiicitur, quod differenda sit exceptio, donec electus sit admissus, sic supra de appell. Constitutis, in fine, lib. 3. sic C. de falsis, l. 2. sic C. de edito D. Hadrian. l. 2. hic secus sit in teste sup. de testib. Super eo. lib. 1. Item contra 81. dist. Tantis. ut primo dixi. d Super præbenda, non super illis, quæ prius habuit, sup. de electione Per inquisitionem, sup. de accusat. Super, lib. 3. e Nam quia exceptionem, quam obiicit, non probat, in expensis est condemnandus, sup. de except. Pastoralis, lib. 3. sup. de dolo, Finem lib. lib. 3. f Nota, quod consideratur tempus receptionis litterarum, sic sup. de foro comp. Licer, lib. 3. sicut in litteris, quæ imperrantur contra usurarios. Quandoque licet tempore oblati libelli non recte agat, si tamen postea incipit jus competere, percipi potest judicium, ut D. de pign. act. Si rem quamlibet, D. de rei vind. Si autem, §. primo. D. de inoff. testam. Si non, §. ult. Arg. contra quia tempus datae est considerandum sup. de rescript. Eam te, lib. 2. Item arg. contra D. ad exhibendum Tigni. §. ult. Item est hic argumentum, quod si iudex tempore impetracionis litterarum sit excommunicatus, & tempore receptionis sit absolutus, quod valent litteræ tales Arg. sup. de appell. Super eod. sup. de rescript. Pastoralis, lib. 3. D. de judiciis. Cum furiosus, arg. sup. de ærat. & qual. Præterea. D. de adquir. hered. l. 5.

fam super receptione sua litteras impetrarat (1). Unde cum mendax prelator carere debeat impetratis penitus, idem procurator ab impetitione ipsius ecclesiam postulabat absolvit. Cum igitur coram dil. fil. n. G. sancti Gregorii ad velum aureum diac. Card. quem eisdem deditimus auditorem, super his diutius litigarent (2), & idem Cardin. quæ fuerant proposta coram eo, nobis reculit diligenter, d. t. per Ap. se. mand. quatenus, si tibi constiterit, quod in Novarien. ecclesia præbenda vacaret tempore, quo super præbenda jam dicti clericis nostras litteras receperunt (3), cum eam penitus alii in delusionem mandati nostri duxerint [4] conferendam, eundem clericum, si non alibi sufficiens habeat beneficium ecclesiasticum, juxta tenorem prioris mandati nostri, a prædictis clericis recipi faciatis, & eisdem de redditibus ipsius ecclesie singulis annis competentes assignari proventus, donec ei sit in beneficio præbendario provisum.

TITULUS IV.
DE HIS, QUÆ FIUNT A MAJORE
PARTE CAPITULI.

CAPUT I.

Idem.

^{cult. de his,} ^{qui sunt.} **E**X parte tua, frater Archiepiscopi, Apostoli-
cis fuit auribus intimatum, quod ad restau-
randam fabricam (a) (5) Rotomagen. ecclesiæ tra-
statum communiter habuistis. [6], te, fr. Archie-
piscopi, postulante, ut quilibet canonicorum tecum pariter aliquam suorum reddituum portio-
nem operi tam pio, & necessario deputaret. Quia vero super eo diversa fuerunt inter vos filii cano-
nici & variæ voluntates, ne tam laudabile opus
^{*Diffidentia, ex vestra * differentia [7] negligatur [8], aucto-}
^{Cajac.} ^{cult. de reb.} ^{eccl. alien.} præsentium duximus statuendum, ut si qui
vestrum ipsius Archiepiscopi, & majoris, & sa-
nioris partis capituli statutis super hoc constitu-
tionibus (8) duxerit resistendum, obtineat sen-
tentia plurimorum.

TITULUS V.
DE REBUS ECCLESIAE NON (9)
ALIENANDIS.

CAPUT I.

Idem in conc. Lat. const. XLIV.

CUM laicis (c) quamvis religiosis disponendi de
rebus ecclesiasticis nulla sit attributa pote-
stas, quos subsequendi [10] manet necessitas, non
Tam. IV.

[1] *Impetravit.* [2] *Litigassent.*
[3] *Acceperunt.* [4] *Duxerunt.* [5] *Resti-*
tutionem. [6] *Habuisti.*

^a Licet enim solus ille teneatur ad restitutionem fabricæ, qui partem deputatam fabricæ receperit, ut 10. q.
3. *Unio*, & q. 1. *Decernimus*, tamen & alii consérve tenentur, 16. q. 1. *Si monachos*, sup. de eccles. adif. cap.
ult. Joann. ^b Sic sup. eod. *Cum in cunctis*, lib. 1. ^c 96. dist. *Bene.*

^d Nota, quod laici principes possunt dare privilegia ecclesiis, ut 16. q. 1. *Generaliter*, 17. dist. §. *Hinc etiam*,
& extr. 1. de immunit. eccles. Non minus, immo ut videtur, possunt dare privilegia libertatis, ut 63. dist. *In
synodo*, extr. 3. de in integrum restitut. *Auditus*, argum. contra 10. q. 1. *Noverint*.

^e Extr. 3. de constitut. *Que in ecclesiastarum.* ^f Nec clericus, nec monachus fide jubere potest, ut 11. q. 1.
Sicut, & extr. 1. de fidejussoribus, *Clericus*, nisi necessitas sit; tunc teneatur ex pietate subvenire alii, ut 86.
dist. *Non satis*, sed pro ecclesiis suis possunt fidejubere, ut hic dicitur, & in authent. de sanctiss. Episcopis. §.
Alium. Item inter se possunt, fidejubere, cum convenientur, ut C. de Episcopis, & clericis. *Omnes*. §. *In hoc*.
Item nec adstrictus curia potest fidejubere, ut C. *Locati curiales*. Joann.

^g Sed nec tunc agitur ex illo contractu, cum ille nullus sit, sed actione de in rem verso.

^h *Idest, Redimeret.* ⁱ Ergo non impuratur domino malitia nuntii, vel procuratoris; si modo credebatur
idoneus, ut hic, & D. *commodati Argentum*; sic C. qui petant tut. *Cum a matribus*, arg. contra sup. de offic.
deleg.

autem imperandi, dolemus in quibusdam ex illis
sic refrigerescere charitatem, quod immunitatæ ec-
clesiasticæ libertatis, quam nedum sancti patres,
sed etiam principes sæculares (d) multis privile-
giis muniverunt, non formidant suis constitutionibus,
vel potius confictionibus impugnare,
non solum de alienatione feudorum (e), ac alia-
rum potestionum ecclesiastarum, & usurpatio-
ne jurisdictionum, sed etiam de mortuariis, nec-
non & aliis, quæ juri spirituali videntur annexa,
illicite presumendo. Volentes igitur super his ec-
clesiarum indemnitatibus consulere, ac tantis gra-
vaminibus providere, constitutione hujusmodi
venditiones feudorum, seu aliorum bonorum sine
legitimo ecclesiasticarum personarum assensu,
presumi occasione constitutionis laicæ potestatis,
cum non constitutio, sed destitutio, vel destruc-
tio dici possit, nec non usuratio jurisdictionis,
sacri approbatione concilii decrevimus non tene-
re, præsumptoribus per cens. eccl. compescendis.

TITULUS VI.
DE FIDE JUSSORIBUS.

CAPUT I.

Idem in eodem const. LIX.

Quod quibusdam religiosis a s. Ap. est prohi-
bitum, volumus, & mandamus ad univer-
sos extendi, ne quis videlicet absque majoris par-
tis capituli, & Abbatis sui licentia pro aliquo fide
jubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo acci-
piat (f) ultra summam communi providentia
constitutam; alioquin non teneatur conveniens
pro his aliquatenus respondere, nisi forte in utili-
tate domus (g) ipsius constiterit manifeste redun-
dasse, & qui contra istud statutum venire præsum-
perit, graviori disciplina subdatur.

TITULUS VII.
DE PIGNORIBUS.

CAPUT I.

Idem.

Significante dil. fil. Rotberto civi Pisano ad ^{c. 7. de pign.}
nostram noveritis (11) audientia pervenisse,
quod cum domum suam cum orto Gallicano G.
Pisano civi (12) pro CCLII. libris pignori obligasset
& promisisset cautione præstiti juramenti, quod
nisi domum ipsam statuto inter eos termino re-
colligeret (h), idest * redimeret, eundem credi-
torem super ea ulterius minime molestaret, &
intra statutum tempus per certum (i), & fidelem
<sup>* Id est redi-
meret, omitt.
Paris.</sup>

O o o ^{nun-}

(7) *Diffidentia.* (8) *Al. deest.* (9) *Alien.*
vel non. [10] *Absequendi*, Gregor. IX.
(11) *Novensis.* (12) *Cui.*

nuntium, prout ei videbatur, creditori pecuniam numeratam remisit, quam idem nuntius infideliter agens, sicut ei injunctum fuerat, non persoluit; postmodum prædictus R. ab Imperatore detentus, multa pericula sustinuit, & labores, nec dicto i. G. satisfacere potuerit (2), ut debebat: nunc per Dei gratiam libertati pristinæ restitutus paratus est pecuniam reddere creditori, licet ipse proflus recusaret recipere, quia ei non fuit statuto termino persoluta. Cum igitur pactum legis commissoriae a) sit in pignoribus improbatum, & quantum in eo fuit, prædictus R. juramenti debitum adimpleverit, cum per eum, quem certum nuntium sperabat, pecuniam remisit termino constituto; sed dum fuit in imperiali captione detenus, satisfacere non potuit creditori, d. v. præsentium auctoritate mandamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, prædictum creditorum, ut forte sua contentus existat pensionibus præfati pignoris computatis in fortē, & domum ipsam, & ortum præfato R. omni postposita dilatatione resignet, per cen. eccl. paſto tali, vel jumento [b] nequaquam obstante, admonitione præmissa, sublato contradicit. & ap. obſtac. compellatis.

TITULUS VIII. DE SEPULTURIS. CAPUT I.

Idem.

Sincerum tuæ devotionis affectum, quem ad Deum, & ecclesiam in crucis negotio habere probaris, in domino commendantes, consultationibus ex parte tua nobis exhibitis, sic duximus respondendum, quod sepultus extra cœmeterium ecclesiæ, pro quo superstes consanguineus paratus est signum crucis assumere, in subsidium terræ sanctæ, si defunctus vere pœnitens c in ecclesiæ communione deceſſit, ecclesiastica tradi poterit sepulturæ, dummodo ex hoc ob terræ consuetudinem nullum scandalum generetur.

TITULUS IX. DE DECIMIS. CAPUT I.

Idem Episcopo Belvacen.

cap. 29. de decim. **C**UM contingat interdum etiam in tua dioc. &c. & infra. Præterea requisisti, cum aliqua prædia, de quibus ecclesiis, aut personis ecclesiast.

decimæ solvebantur, ad fratres Cifstr. (3) ordinis donationis, vel emptionis, vel alio titulo devolvuntur, an idem fratres de talibus prædiis ipsis ecclesiis, vel personis decimas solvere teneantur. Super quo tibi tale damus responsum, quod cum prædictis fratribus a sede Apostolica sit indultum, ut de laboribus suis, quos propriis manibus [d], aut sumptibus excolunt, decimas nulli proflus persolvere teneantur, de prædiis taliter acquisitis ecclesiis, vel personis ecclesiasticis decimas solvere non tenentur, dummodo propriis manibus eorum, aut sumptibus excolantur. Cum autem in quibusdam parochiis ad quasdam ecclesiæ, vel personas ecclesiasticas ab antiquo (e) pertineat perceptio decimarum, & de novo fiant novalia in eisdem, quæraris a nobis, ad quem hujusmodi novalium decima incipiat pertinere. Unde inquisitioni t. breviter respondemus, quod cum perceptio decimarum ad parochiales ecclesiæ de jure communi [f] pertineat, decimæ quorumque novalium g), quæ fiunt in parochiis earundem ad ipsas proculdubio pertinere noscuntur, nisi ab ipsis (4), qui alias percipiunt decimas, causa rationabilis ostendatur, per quam appareat novalium ad eos decimas pertinere.

CAPUT II.

Idem Episcopo Belvacen.

Conventuales ecclesiæ in multis parochiis majores decimas percipient, & minutæ (h), de quibusdam fructibus annuatim perceptis (5), decimæ non fuerunt persolutæ, quæ cum persoluntur, quæsivisti per sed. Ap. edoceri utrum decimæ fructuum prædictorum ad parochiales ecclesiæ, quæ non majores recipiunt, nec minutæ, an ad monasteria, & illas ecclesiæ conuentuales, quæ decimas alias percipient ab antiquo, debeant pertinere. Ad quod sic duximus respondendum, quod si fructus prædicti de illa terra 6) proveniunt, de qua monasteria, seu conuentuales ecclesiæ aliquos percipiebant ratione decimarum proventus, eis proculdubio decimæ fructuum debentur eorum, cum ipsis terra illa ab antiquo fuerit decimalis, & non debeat una, eademque ecclesia diverso jure censeri [i], alioquin parochialibus ecclesiis exsolvantur, ad quas de jure communi (k) spectat perceptio decimarum.

CA-

(1) *Et ideo.* (2) *Non potuit.* (3) *Cistercien.* (4) *His.* (5) *Receptis.* (6) *Tantum.*

deleg. *Cum olim, lib. eod. & D. de præscript. verb. Apud, §. ult. & 3. q. 7. In gravibus. Joann.*

a) *C. de pactis pign. l. 1. & 2. b) Arg. contra sup. de jurejur. Cum contingat, lib. eod.*

c) *Bene potuit esse pœnitens, & ramen eiici extra cœmeterium, ut torneatotes, ut sup. de torneam. cap. 1. ut latro, qui in fine pœnituit, sed non satisfecit, ut sup. de raptoribus, Super eu, vel forte fuit interdictus; alias pœnitenti, cui datur eucharistia, dabitur etiam sepultura, ut 13. q. ult. cap. ult.*

d) *Expressus dicit hæc decretum, quam alia, quod si res aliqua transit ad privilegiatum, quod censetur jure privilegiati, istud tamen corrigitur infra eodem Nuper. e) Forte ex præscriptione, ut sup. de præscript.*

f) *Ad aures. f) Ut 16. q. 1. Statuimus, & c. de decimis, non ergo spectat ad Episcopum, unde in decimis parochialis ecclesia dioc. Episcopum non habiturum aliquam portionem; & capitula illa, quæ dant Episcopo partem decimaram, loquuntur de decimis Episcopalis ecclesiæ, 16. q. 1. Quicquam.*

g) *Sup. eod. Ex parte, lib. 3. contr. sed ibi loquitur, cum aliquis ex privilegio habet decimas, in quo casu intelligitur etiam habere decimas novalium, ut infra de privilegiis, Quia. Sed hic loquitur, cum habet ex præscriptione, & sic intelligas quod est infra eodem cap. proxim. Joann.*

* *Partus.* h) *Ut partus * animalium, ligna in silvis, vel pisces, si sint aquæ, quæ modo * exercitata * est.*

* *Non forte.* i) *Sic 12. q. 2. Cognovimus, infra de privilegiis. Quia. D. de usucap. Eum qui. D. de pecul. Hinc queritur. §.*

* *Excitata,* primo, contra, ubi habes, quod peculium quandoque dupli jure censetur.

forte. k) *Sup. cap. proximo.*

C A P U T III.

Idem Vesprinen. (1) Episcopo.

c. 31. eod.

Dudum adversus fratres Hierosolym. hospitiis Saneti Stephani Alben. te proponente in nostra præsentia quæstionem, quod ipsi * decimas laborum, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, non contenti, decimas de laboribus rusticorum suorum Vesprem. (2) ecclesiæ debitas non permetterent tibi solvi, eosdem citavimus, præfigentes eis terminum concilium generale, quo cum instrumentis, & rationibus suis nostro se conspectui præsentarent, tibi respondere parati. Comparentibus igitur te, ac ipsis statuto termino coram nobis dil. fil. noꝝ. G. tit. sancti Martini presbyterum Card. tibi, & ipsis concessimus auditorem, coram quo decimas omnium terrarum, quæ per rusticos hospitalis in Vesprem. (3) dicec. excoluntur, & de Cyrogam. & de nova curia ecclesiæ, quæ per hospitalarios continentur, easdem tamquam ad te (4) spectantes intentione tua de jure communi (a) fundata petisti. Prior autem hospitalis ejusdem in prædictis decimis, & ecclesiæ præscriptionem allegans, proposuit se tibi non teneri super his aliquatenus respondere, quod cum per auditorem eundem ad nostram audienciam pervenisset, mandavimus, quod idem Prior præscriptionis titulum, quem allegarat, probaret (b). Qui tandem post deliberationem præhabitat coram ven. f. n. Alba. Episcopo, qui post recessum memorati (c) Card. de causa cognovit, inclitæ recordationis G. (5) Regis, ac E. matris ipsius Reginæ Ungariæ concessionem allegavit, qui ecclesiæ sancti Stephani, ad quam tunc temporis, sicut afferuit, ecclesiæ memoratæ spectabant, cum decimis, & pertinentiis suis conceperunt in perpetuam eleemosynam, hospitali donationis titulo assignavit (6), confirmationis bon. mem. Clem. (7) Papæ prædicti transcriptum exhibens, per quod probare volebat concessionem prædictam plenum habere vigorem, & afferens nihilominus ipsam a fel. rec. Lucio Papa prædecessore n. postmodum confirmatam (d). Ceterum ex parte tua fuit propositionum ex adverso, quod in decimis, & in ecclesiæ a Rege, & Regina donatis præscriptionem non poterat opponere pars adversa, quæ nec a donatione

ipsorum initiam habere poterat, nec a confirmatione præfata tantum tempus effluxit (8), quod posset præscriptio consumari, & sic donationis Regis, ac Reginæ allegatus titulus nullus erat; cum sacrilegii crimen incurrat, secundum canonicas sanctiones, qui ecclesiæ, vel ecclesiasticum aliquod beneficium de manu reciperet [9] laicali e. Unde si contingat laicum in donatione ecclesiæ talibus verbis uti, do tibi ecclesiam talam, nihil aliud concedere intelligitur, nisi jus patronatus tantum, quod habet in ipsa, prout in constitutione (f) a nobis edita continetur expressæ. Contra confirmationem autem fuit hoc modo responsum, quod cum confuse ipsa ecclesia sancti Stephani cum omnibus decimis, & ecclesiæ, & aliis, quæ ad eandem pertinuerint, confirmetur, jus Episcopale non tollitur, cum de illo non exprimatur ibidem, sed tantum debita decimaru[m] portio intra parochiam ecclesiæ sancti Stephani collatarum secundum terræ consuetudinem eisdem hospitalariis reservetur, præferim cum petitæ a te decimæ in parochia sancti Stephani non consistat, quod de plano confessa est pars adversa; e contra vero fuit a parte altera replicatum, quod cum spatio xxx. annorum tacueris, juri tuo tacite renuntiasse videris. Sed, & hoc pars tua visa est repellere (10), allegando, quod xxx. annorum taciturnitas non iure cōmuni, sed in privilegiis g) noscitur obtinere, unde jure communi, quod habet Episcop. in decimis, vel in ecclesiæ suæ dioc. non nisi XL. annorum (h) taciturnitate privatitur. Nos igitur his, & aliis, quæ hinc inde fuerunt proposita, plenius intellectis, cum donatores prædicti conferre non potuerint alii, quæ ipsi de jure non poterant possidere, & ex confessione partis adversæ liquido nobis constat, petitas decimas, & ecclesiæ intra parochiam sancti Stephani non concludi, etiam si prædicta (11) donatio teneat, quod (12) per confirmationem prædicti Clementis super ecclesia S. Stephani hospitali cura decimis, & aliis i) ad se pertinentibus factam, etiamsi authenticum appareret (13), Episcopali juri nullatenus derogetur (k), de f. n. con. auctorit. Ap. sententialiter prohibemus, ne fratres hospitalis præsumant alterius præpedire, quominus decimas percipiendas memoratas, & pacifice possideas in futurum.

O o o o 2

(8) Effluxit temporis. (9) Acceperit.

(10) Refellere. (11) Præfata. (12) Cum.

(13) Appareas.

CA.

[1] Vesperinen. [2] Vesprimen. [3] Vesprimen. [4] Se. [5] B. [6] Assignantes, forte. [7] Cac. al.

* Decimas laborum, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, non contenti, em. Cujac.

a 16. q. 7. Omnes. b Hic manifeste videtur, quod aliquis tenetur probare titulum, sup. de probat. Littera, lib. 3. & sup. de præscript. Si diligenter; nam cum secundum canones longa, & longissima præscriptio non differant, sed in longa præscriptione oportet probare justum titulum, ut C. de præscript. longi temp. Diutina, & C. de usucap. pro herede. L. ult. ergo & in longissima secundum canones. Et est istud contra id, quod dixi sup. de præscript. Quoniam, lib. eod. nam ibi dixi, quod etiam erroneous titulus præstat causam præscribendi, & hic non sufficit probare titulum talum. Item & istud contra id, quod dici confuevit, quod sufficit allegare titulum, sed non oportet probari. Sed dici potest, quod isti suspecti erant, unde oportebat eos probare titulum, & etiam justum titulum. Joann. c In parte capituli, quæ hic non est.

d Quia licet donatio fuit invalida, tamen ex confirmatione Principis potuit habere robur, ut 16. q. 6. Si Episcopum, sup. de transact. cap. 1. in fine, lib. 1. D. de adopt. Adoptio. Jo. e Ut 16. q. 7. Si quis deinceps.

f Sup. de donat. Pastoratis, lib. 3. g Sup. de privilegi. Si de terra. h Sup. de præscr. De quarta.

i 1. q. 7. Daibertum. Sup. de dote post divorc. restitut. Nuper, lib. 3. k Numquam enim intelligitur derogatum juri alterius, nisi hoc exprimatur, 85. distinct. Florentinum. 90. distinct. Ecce.

C A P U T IV.

TUA (a), & infra. Imperialis concessio, quantumcumque generaliter fiat, neminem potest a solutione decimarum eximere, quæ divina constitutione debentur, nec occasione decimationis antiquæ, licet in feudum decimæ sint concessæ, sunt decimæ novalium usurpandæ, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda (b).

C A P U T V.

Idem in conc. Later. const. LIII.
c. 32. eod. **N** aliquibus regionibus quædam permixtæ sunt gentes, quæ secundum suos ritus decimas de more non solvunt, quamvis censeantur nomine Christiano, his nonnulli domini prædiorum ea tribuant excolenda, ut decimis defraudantes ecclesias, majores inde redditus assequantur. Volentes igitur super indemnitatibus his ecclesiærum providere, statuimus, ut ipsi deinde talibus personis, & taliter sua prædia excolenda committant, quod absque contradictione ecclesiæ decimas cum integritate persolvant, & ad id si necesse fuerit per cens. ecclesiasticas compellantur (c). Illæ quippe decimæ necessario sunt solvendæ, quæ debentur ex lege divina, vel ex loci consuetudine (d) approbata.

C A P U T VI.

CUM non sit in homine, quod semen ferenti reddat, vel respondeat quoniam juxta verbum Apostoli, neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, ipsum quidem mortificato semine plurimum fructum affert, nimis avare quidam in decimis defraudare nituntur, census, & tributa, quæ interdum indecimata prætereunt, de frugibus primi-

tus deducentes. Cum autem in signum universali dominii quasi quodam titulo speciali sibi dominus decimas reservaverit, nos & ecclesiærum spendiis, & animarum periculis obviare volentes statuimus, ut in prærogativam dominii generalis exactionem tributorum, & censum præcedat solutio [e] decimarum, vel saltem, hi, ad quos census, & tributa indecimata pervenerint, quoniam res cum onere f suo transit, eam per cens. eccl. decimare cogantur ecclesiæ, quibus de jure debentur,

C A P U T VII.

Idem in codem const. LV.

N Uper Abbates Cisterciens, ordinis generali c. 34. eod. capitulo congregati ad commonitionem nostram provide statuerunt, ne de cetero fratres ipsius ordinis emant possessiones, de quibus decimæ debeantur ecclesiæ, nisi forte pro monasteriis de novo fundatis; et si tales possessiones eis fuerint pia fidelium devotione collatae, aut emptæ pro monasteriis de novo feudatis, committantur aliis excolendæ, a quibus ecclesiæ decimæ persolvantur. Ne occasione privilegiorum suorum ecclesiæ ulterius prægraventur, decernimus, ut de alienis terris, & ammodo acquirendis, et si eas propriis manibus, aut sumptibus excoluerint, decimas persolvant ecclesiæ, quibus ratione prædiorum antea solvehantur, nisi cum ipsis ecclesiæ aliter duxerint componendum (g). Nos ergo statutum gratum, & ratum habentes, hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus privilegiis extendi volumus, & mandamus, ut ecclesiærum prælati promptiores, & efficiaciores existant ad exhibendum eis de suis malefactoribus justitiæ complementum, ut eorum privilegia diligentius, & perfectius studeant observare.

TI-

a Hoc caput est pars illius sup. eod, *Tua*, lib. 3. b Sic sup. de rescript. *Nonnulli*, lib. eod. quia odia restringenda sunt, favor ampliandus, D. de liberis, & posthum. *Cum quidam*.

c Pactum enim non nocet ecclesiæ, quin a qualibet posseflore possit petere decimam, ut extr. 3. de decim. *Pastoralis*, infra eod. *Plerique*, sup. de pactis, *Plerique*, D. de pactis, *Inter*, D. de institor. *Si cum vilico*, sed si posseffor recipit partem fructuum, & dominus partem, uterque conveniens est, ut extr. 3. eod. cap. 1. & 2. Joann. d Sic ergo attenditur consuetudo loci in solvendis decimis, nec mirum, cum etiam consuetudo attendatur in baptismo, ut de consecrat. dist. 4. *De trina*, & in matrimonio, ut extr. 1. de cognit. spirit. cap. 2. Item in continentia clericor. ut 84. dist. *Cum in preterito*, & æque punitur prævaricator consuetudinis, ut prævaricator legis, ut 11. dist. *In his rebus*, & istud intelligo de consuetudine approbatâ a Papa, alias non valer consuetudo, quantumcumque longa, quæ absque peccato mortali non potest servari, ut sup. de præscriptionibus *Quoniam*. Verum capitulum dicit, qui minus plene dedit decimas, modo emendet, ut 16. q. 7. *Quicumque*, quia præscriptio non habet locum in decimis, ut sup. de præscr. cap. ult., multo minus consuetudo, vel intellige de illa consuetudine, de qua dicitur extr. eod. cap. ult., ut ita consuetudo in præscriptionibus decimarum licere videatur, quod ille iure divino debnerit, 22. q. 5. *Dicat*. Joann.

e Sed quid refert five præcedat, five sequatur, cum & colonus pro sua portione, & dominus pro sua præstet decimas? ut extr. 3. * eod. cap. 1. & 2. *Resp*. licet uterque conveniri possit, melius, & commodius est ecclesiæ convenire unum *, quam spargere accusationem in plures, ut D. de exercit. l. 1. §. ult. & l. sequenti. Distinguunt tamen quidam, quod si dominus aliquotam partem habet fructum pro censu, vel pro tributo, ut tertiam, vel quartam; in eo casu si primo res tota est decimata, postea * non est pars domini decimanda. Si vero certam partem dominus recipit, ut duos corbes vini, vel frumenti, ut tunc postquam totum est decimatum, eriam decimetur pars domini, quia domino ex priori decimatione nihil minuitur, sed in priori casu minuitur; sed hoc obviat regulæ, quæ dicit, quod bona fides non patitur, ut idem bis exigatur, ut D. de regul. juris, *Bona fides*: secus tamen dico, ubi aliquis ex causa lucrativa rem possider, ut donatarius, & legatus, nam ibi res eadem secundo decimatur ratione lucri, ut extr. 2. eod. *Pastoralis*, & extr. 2. eod. *Non est*. Idem dico, ubi extraneus instituitur heres; sed si aliquis ab intestato succedit ibi, non decimatur, quia ibi est hereditas debita iure naturæ, ut D. unde liberi, *Scripto*. §. ult. Jo. f D. de contrah. empt. *Alienatio*. Jo.

g Sic ergo sacerdos potest componere cum aliqua super decimis, ut extr. 1. de decim. *Ex multiplici*, hæc ramen compositio tantum personalis erit, nisi sit confirmata auctoritate Papæ, ut extr. 2. de transact. *Venient*. Sed numquid Cistercienses, vel alii monachi non habentes populum possunt præscribere decimam? Non videtur, cum decimam de jure habere non possint, ut 16. q. 1. *Pervenit*: ergo non possunt eam præscribere, ut extr. 1. de præscr. cap. ult. Videtur tamen hic, ex quo nomine compositionis eas habere possunt, quod etiam eas possint

* 1. al.

* Alium.

* Tertia.

T I T U L U S X.
DE REGULARIBUS, ET AD RELI-
GIONEM TRANSEUNTIBUS.

C A P U T I.

Idem Legionen. Episcopo.

^{cap. 21. de regularib.} **P**Ostulasti, & infra. Tertio quæsvisti utrum illi, qui in annis minoribus constituti, novitorum habitum suscepserunt, & intra annum postmodum non facta professione ad sacerdotium sunt reversi, & ipsis (1) suis hoc scientibus ad sacros ordines sunt promoti, sustineri debeant in illis ecclesiis ministrare, in quibus sunt (2) ab eisdem Episcopis instituti (3). Nos f. t. breviter respondemus, quod propter hoc non sunt ab ipsis ecclesiis amovendi, sed in eis possunt libere ministrare, nisi prudentia [a] forte suppleverit atatem in illis, ut transire debeant ad regulam laxiorrem, quia cum ipsis absque protestatione (b) religionis habitum assumant (4), vitam presumuntur proposuisse mutare.

T I T U L U S XI.
DE CONVERSIO NE
CONJUGATORUM.
C A P U T I.

Idem.

^{cap. 17. de conv. conj.} **A**ccedens ad præsentiam nostram I. Mulier lacrimabiliter proposuit coram uobis, quod W. vir ejus Elien. dioec. eam sibi legitimo matrimonio copulasset, & per xx. fere annos. spatium eidem cohabitans, prolem suscepisset ex ea; volens tandem idem vir habitum assumere monachalem postulabat humiliter ab eadem, ut tam pio proposito faveret ipsis, quæ propter multa verbera, & aliarum molestationum gravamina, quæ dictus (5) vir inserebat eidem, seipsum afferens dimissum, annuit votis ejus. Cumque idem vir ad domum de Vendon. (6) Cistren, ordinis accedens, ibique (7) religionis habitum assumpsisset, mulier ipsa transferens se ad domum monialium, nullo ibi religionis habitu assumpto, vel voto emissio conversionis, permanxit ibidem, cui pro labore manuum suarum eadem moniales vita necessaria ministrabant. Processu vero temporis (c),

[1] *Episcopis.* Greg. IX. [2] *Fuerint.*
[3] *Constituti.* [4] *Affumunt.*

sunt præscribere. Joann. ^a Hic canonizatur opinio H. qui dicit, quod sicut doli capax potest se obligare diabolico, ut extr. i. de delict. puer. *Pueris*, sic Deo; & sicut in matrimonio carnali malitia supplet ætatem, ut sup. de desp. impub. *Manifeste*, sic in spirituali. Contrarium tamen confuevit dici ab aliis, ut notavi zo. q. 1. in summa. ^b Hic habes, quod nisi ingrediens protestetur, quod animo probandi intret, præsumitur intrare animo manendi, simile sup. eod. *Consulti*, lib. 3. sic sup. de testib. *Presentium*. D. de negot. gest. *Nefessius*. Joann. ^c Sed nonne per spatium sequentis temporis videtur mulier ratificasse ingressum viri, arg. sup. qui clerici, vel vovent. *Insumante*, lib. 3. cum enim per aliquantulum temporis post ingressum viri tacuerit, non videtur, quod postea audiatur, arg. sup. de sponsal. *Ad id*, lib. 2. sup. de frigid. & maleficiat. cap. 1. Resp. sic & ideo Papa distinguit in fine, an fuerit senex, vel juvenis, non videtur necessaria distinctione, cum talis licentia nulla fuerit, sive fuerit senex, sive invenis, ut 33. q. 5. *Notificasti*, sed si esset juvenis, tunc non ratificatur ingressus per patientiam sequentem, cum nec expressam querat dare licentiam, nisi intret religione, sed in sene sufficit, quod voeat continentiam ad hoc, ut vir possit intrare religionem, sup. eod. *Cum sis prædictus*, lib. 1. Varias autem opiniones tractare consuevimus 27. q. 2. *Agathofa*. & 33. q. 5. *Qui uxorem*. ^d Videtur hic, quod si mulier est vetula, sufficit qualcumque licentia ad hoc, ut ipse tenetur stare in religione, & ipsa teneatur continere. Arg. contra 33. q. 5. *Notificasti*, quia ibi dicitur, quod coacta licentia nulla videtur; sed expone causam dicti, ut jam dixi, quia per patientiam sequentis temporis, videtur violentia profusa. ^e Hic viderur, quod si monasterium monachorum non potest reformari nisi per canonicos, quod Episcopus possit ibi instituere canonicos. Sed si monachi enorimenter vivant, non ideo Episcopus sua auctoritate potest ibi instituere clericos sacerdtales, nisi hoc faciat auctoritate Papæ, ut sup. ne clericis, vel monachi, cap. penult. lib. 1. nisi ita sit, quod aliqui non inveniantur de ordine illo, ut sup. de relig. dominibus *Inter*, lib. 3. Alter ergo de monasterio non potest fieri sacerdalis ecclesia; tamen de sacerdali ecclesia potest fieri monasterium, ut sup. de ecclesiæ ædis. *Ad audientiam*, lib. 2. & 16. q. 7. *Si quis vult*. Joann.

cum idem vir ad sacerdotium rediens, religionis habitum reliquisset, & eadem mulier se instanter ab eo peteret reassumi, ipse illam recipere penitus contradicens præter verbera, quibus sacerdotem affecit eandem, sibi convicia plurima, & graves injurias irrogavit. Quo circa d. v. per Ap. s. præd. mandamus quatenus, si res ita se habet, & dicta mulier illius etatis [d] existit, ut de lapsu carnis illius merito valeat dubitari, dictum virum, ut eam recipiat, eique effectum exhibeat conjugalem, per cens. eccl. app. rem. cogatis.

T I T U L U S XII.
DE STATU RELIGIOSORUM.

C A P U T I.

Idem in registro.

CUM nobis licet immeritis &c. & infra. Ex parte tua nostris auribus est intimatum, quod cum antecessor tuus monasterium sancti Stephani concessit fratribus sancti Abraham, monachis nigri ordinis propter dissolutionem suam inde remotis [e], & idem fratres sancti Abraham bona ejus dilapidando, & ducendo vitam nimium dissolutam ipsum duxissent ad nimiam paupertatem, bon. mem. C. Papa prædecessor noster, & nos etiam tibi dedimus in mandatis, ut restitutioni ejusdem monasterii provideres, tuo committentes arbitrio, utrum prædicti fratres sancti Abraham tolerandi forent, an monachi nigri essent in ipsum monasterium reducendi. Tu vero, sicut acceperimus, fratres sancti Abraham propter dissolutionem suam inde penitus abiecisti, & nos, per petitionem tuam duxisti super provisione ejusdem monasterii requirendos. Ideoque tibi mandamus, quatenus si per monachos videris ecclesiam illam reformari non posse, in ipsa ecclesia canonicos institutas regulares, qui secundum regulam beati Augustini devote (8) famulatum domino impendant, & per eorum religionem locus ipse (9) in melius reformatetur.

C A P U T II.

Idem in concil. Later. const. XII.

^{c. 7. de stat.}
In singulis regnis, sive provinciis fiat de tri-**mon.****en-**

(5) *Prædictus.* (6) *Vando.* (7) *Ibidem.*
(8) *Devorum.* [9] *Ille.*

662 Collectionis Quartæ Decretal.

ennio in triennium salvo jure (a) dicēc. Pont. commune capitulum Abbatum, atque Priorum Abbates proprios non habentū, qui non consueverint (b) tale capitulum celebrare, ad quod universi convenient præpeditionem canonicam non habentes apud unum de monasteriis ad hoc aptum (c), hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum, plusquam sex electiones, & viii. personas adducat. Advocent in hujus caritatis, vel novitatis primordiis duos Cistercien. ordinis vicinos Abbates, ad præstandum sibi consilium, & auxilium opportunum, cum sint in hujusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati. Qui absque contradictione duos sibi de ipsis (d) assident, quos viderint expedire, ac ipsi iv. (e) præsint capitulo universo, ita quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem prælationis assumat, unde, cum expedierit, provida possint deliberatione mutari, hujusmodi vero capitulum aliquot certis diebus continua juxta morem Cistercien. celebretur, in quo diligens habeatur status de reformatione ordinis, & obseruantia regulari, & quod statutum fuerit illis iv. approbantibus, inviolabiliter observetur, omni excusatione (f) contradictione, ac. ap. (g) remoris, proviso nihilominus, ubi sequenti termino debeat capitulum celebrari, & qui convenerint, vitam ducent communem, & faciant proportionaliter (h) simul omnes communes expensas, ita quod si non omnes poterunt in eisdem, saltē plures simul in diversis domibus commorentur; ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ, ac circumspectæ personæ, quæ singulas Abbatias (i) ejusdem Regni, sive provinciæ non solum monachorum, sed etiam monialium secundum formam sibi præfixâ vice nostra (k) studeant visitare corrigentes (l), & reformantes, quæ correctionis officio viderint, & reformationis indigere, ita quod si

(i) *Nolimus*, Greg. IX.

a In visitationibus, procurationibus, & correctionibus. teneantur venire ad tale capitulum. e Idest, ut habeatur ratio distantia, ut 6. distinct. *Cum longe*.

d Idest, de capitulo. e Quid juris sit, si isti quatuor discordant in pari, vel impari numero: habet distinctum 2. q. 6. §. Est autem quandoque, & §. Item si plures, videtur tamen, quod isti non sint delegati, sed potius quod potestas eorum videtur ordinaria, & secundum hoc si dissentunt in pari numero, tenet sententia illorum, qui absolvunt, ut D. de te jud. *Inter pares*. Joann.

f Videtur per ista tria verba reo subtrahi omnne auxilium non tantum appellationis, sed etiam recusationis, vel supplicationis. Quia cum capitulum elegerit illos duos Abbates, certum est, quod illos non potest recusare, ut 3. q. 3. Off-ratur. Ergo videtur, quod nec illos recusare possunt, quos ipsi Abbates eligunt. Tamen videtur, quod si aliquis de capitulo a principio contradiceret, & ostenderet justam causam; quod esset audiendum: & hoc innuitur, cum dicit, *Absque contrariactione*, & hoc ideo dico, quia expresse numquam potest inhiberi * recusatio, ut C. de sentent. & interlocut. l. ult. Joann.

g Prohibita enim est apellatione regularibus in correctione, ut extr. 1. de appell. Reprehensibili. h Idest secundum divitias cuiuslibet, sicut in navi fit collario secundum proportionem, & secundum estimationem rerum, ut D. ad legem Rhodiam l. 2. §. *Tacitura*, in princ.

i Ergo & exemptas, k Numquid argo si Episcopus loci vult visitare locum eundem, præponetur illorum visitatio sua, cum illi vice majoris visitet? Dico, quod sic; quia præsumeretur, quod Episcopus causa impediendi illos, non visitandi causa venisset: nisi prius denuntiasset Episcopus, quod veller visitare. Joann.

l Numquid ergo fit præjudicium Episcopo loci? Cum tamen in principio capituli dixit salvo jure diœcesani. Ideo dici potest, quod runc demum corrident, cum Episcopus est negligens, sed in exemptis statim corrident. Joann.

m Forte in hoc vult jus diœcesani esse salvum, de quo dixit in principio huius capituli, sed obicitur: aut Episcopus fuit negligens in corridentibus aut non. Si fuit negligens, ergo devoluta est potestas ab Episcopo, ut 9. q. 2. cap. ult. & cap. *Cum scimus*, si non fuit negligens; quare ergo usurpat illi visitatores ius suum in corridentibus, quia si cuiuslibet Episcopo sua iurisdictio non servatur, quid aliud est, quam ecclesiasticus ordo consumitur? *

Ut 11. q. 1. *Pervenit*, in fine, dico, quod licet Episcopus fuerit negligens: tamen admoneri, debet primo, ut extr. 2. de off. ordin. *Quanto*, & 11. q. 3. Nunc vero, vel ideo defertur hic Episcopo negligenti, quia in alio præjudicatur ei, cum constituantur visitatores in sua diœcesi. Joann.

n Hic videtur, quod si ecclesia una agat de subiectione alterius ecclesie, quod non sit agendum contra ipsam ecclesiam, sed potius contra illam ecclesiam, quæ est in possessione ejus. Ad id faciat sup. de elect. *Querellam*, lib. 3. 16. q. 2. *Inter*, sup. de sent. & re judic. *Dilecti*, lib. 2. D. de lib. exhibend. l. ult. D. de servitutib. l. ult. D. si servitus vendic. Is, cuius familia. Arg. contra sup. de appell. *Ad audientiam*, lib.

* Confunditur.

rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovenduni, denuntiet Episcopo (m) proprio, ut illum amovere procuret. Quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad Ap. sed. examen: hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum volumus, & præcipimus observare. Si vero in hac novitate quicquam difficultatis emerferit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Ap. sed. judicium absque scandalo referatur, ceteris inrefragabiliter observaris, quæ concordi fuerint deliberatione provisa. Porro dioœcesani Episcopi monasteria sibi subjecta ita studeant reformarent cum ad ea prædicti visitatores accesserint, plus in illis inveniatur, quod commendatione, quam quod correctione sit dignum, attentissime præcaventes, ne per eos dicta monasteria in debitis oneribus aggraventur, quia sic volumus superiorum jura servari, ut inferiores nolumus [1] injurias sustinere. Ad hoc dispræcipimus tam dioœcesanis Episcopis, quam personis, quæ prærerunt capitulis celebrandis, ut per cens. ecclesiast. ap. rem. compescant advocates, patronos, vicedominos, rectores, & consules, & magnates, & milites, seu quoslibet alios, ne monaria præsumant offendere in personis, aut rebus, et si forsitan offendere eos, ad satisfacendum compellere non omittant, ut liberius, & quietius omnipotenti domino valeant famulari.

T I T U L U S XIII. DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

C A P U T I.

Idem Abbati, & conventui Farfen.

CUM ven. f. n. I. Sabin. Episcopus coram dil. c. 7. de rel. fil. nostris R. tit. sanctæ Anastasiae presbytero, & P. sanctæ Luciae ad septem sol. diacono Cardinalibus, quos sibi, & R. procuratori vestro concessimus auditores, ecclesiam (n) sancti Ange-

li

Li de Cantia cum suis pertinentiis (a), & possessionibus petiisset, afferens ad se eandem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus pertinere, allegavi ante omnia jus commune, quia cum eadem ecclesia constituta [1] sit in dicec. Sabin. ut dicebat sub ipsis debebat consistere potestate juxta canon. sanctiones, & infra. In temporalibus quoque ad se dictam ecclesiam pertinere, idem Episcopus nitebatur ostendere per publicum instrumentum, in quo continetur expresse Joannem Sabin. Episcopum Hugoni Farfen. Abbatem, & duabus personis post ipsum Govaldo Panavello cum suis pertinentiis jam dictam ecclesiam locavisse pro annua 1v. sol. Papiensi pensione, in Assumptione Beatae Mariæ perfolvenda. Sed pars vestra propoluit instrumento praedicto nullam fidem penitus adhibendam, propter superlinearem scripturam, & rasuram loco suspecto factam, ubi videlicet annotatio [b] temporis recensetur, fuit insuper ex ipsis parte propositum, quod cum ab ecclesia sancti Angeli nomine monasterii vestri multo tempore fuerit certa pensio ecclesiae Sabin. soluta, manifeste liquebat ad eandem ecclesiam, a qua locatio fuerat (2) facta, jure proprietario pertinere, & infra. Ad hoc autem procurator respondebat praedictus, quod eti quidam testes se vidisse deponant ecclesiam sancti Angeli pensionem 1v. sol. Sabin. Episcopo perfolle, nullum tamen ex hoc vestro monasterio poterat praedium generari, cum non appareat (c) pensionem ipsam ex parte monasterii fuisse solutam, & quamquam etiam testes afferant se vidisse multo tamen praetaxatam pensionem exsolvi, non tamen ostenditur tanto tempore praestita, quod usque ad præscriptionem [d] legitimam porrigitur. Item si cum ad rei proprietatem locatio facta non sufficit (e), ita nec solutio, nec perceptio pensionis, & infra. His igitur, & aliis intellectis, quæ coram Cardinalibus supradictis pars utraque proponere procuravit, quia nobis constituit supra dictam ecclesiam sancti Angeli constitutam [f] esse in dicec. Sabin. de con. f. n. Episcopale jus in

omnibus spiritualibus eidem Episcopo adjudicavimus in eandem, illis dumtaxat exceptis, quæ per authentica scripta ei dignoscuntur esse subtracta, & infra. Quia vero instrumentum praedictum, per quod Episcopus supradictam ecclesiam prætendebat sibi quoad spiritualia (g) vindicare, ad faciendum super hoc fidem invalidum esse cognovimus utpote propter praedicta (g) de jure suspectum: vos ab imputatione ipsis quoad temporalia ejusdem ecclesiae duximus sententialiter absolvendos, eidem super hoc silentium imponentes.

C A P U T II.

Idem.

CUM d. f. &c. & infra. Nos igitur super praedi- c. 8. e. t.
Catis per memoratum Card. instructi, quia causa ipsa in nostra non poterat præsentia terminari, utpote cum nuntius monasterii super procuratione, vel ratificatione (h) litteras non haberet, eam vestro duximus examinai committendam, discretioni vestra per Apostolica s. m. quatenus, si vobis constiterit Abbatem ipsum ad sedem Apostolicam super hoc antequam in eum Episcopus suspensionis, vel excommunicationis; & in monasterium interdicti sententias tulerit, legitime appellasse, vel monasterium a jurisdictione esse ipsis ecclesiae Aurien. exemptum, eo non obstante, quod Abbas ab Episcopo, sicut dicitur, circumventus, præter fratum suorum assensum, & obedientiam reprobavit (i), cum trahit & dolus ei patrocinari non debeat, sententias illas judicatis ap. rem. penitus non tenere, alioquin faciat eas per cens. eccl. utque ad satisfactionem congruam inviolabiliter observari. Quod si forte Abbas ipse in exemptionis probatione defecerit, nec legitima se poterit exceptione tueri, licet probet se ante praedictas sententias appellasse, nihilominus tamen monasterium ipsum Aurien. judicatis ecclesiae subiacere, in cuius dicec. est fundatum. Similiter eo in probatione deficiente, si vobis constiterit de exemptione 4) legitima, vel præscriptione (k), tam etiam, quam monasterie-

(1) Constructa. (2) Fuit.

(3) Temporalia. (4) Exceptione.

lib. 2. sup. ut lite non contest. Quoniam. 12. q. 2. Quicumque militum. D. de usufructu legat. Haecenus.

* Larga.

a Nimis est longa * petitio, ut D. de verbis signific. verbum illud Pertinere.

b In qua citius deprehenditur vitium ut sup. de fide instrumentorum Inter lib. 3. Joann.

c Præsumitur tamen, quod nomine monasterii solverint. 12. q. 3. Pontifices, 7. q. 1. Scire, sed numquid tenetur solvens censum, assignare caussam solutionis? Quæstio est Sabbatinæ: arg. quod non sup. de censib. Pervenit. d Et tamen a tribus Abbatibus fuit solutus, sic sup. de cedula, possess. Cum ecclesia, sup. de off. deleg. Cum olim, lib. eod. e Sup. de fide instrument. cap. 1. & C. locati Ad probationem, nam æque potest ille, qui non est dominus locare, ut dominus. D. locati, Qui insulam, in princip. tamen possessio probatur per solutionem pensionis. D. de adquir. possess. Quamvis, §. primo. D. de rei vindic. Quedam.

f 16. q. 7. Omnes. g Scilicet propter rasuram in loco suspecto, & superlinearem scripturam, sic sup. de fide instrum. cap. 1. lib. 3. sup. de fide instrum. Ad audientiam, lib. 3. Ad hoc enim, ut credatur instrumento; oportet, quod sit sine omni suspicione, ut sup. de rescr. Cum adeo, lib. 2. C. de edict. D. Hadr. I. ult. sed quid si rasura reposita fuerit eadem manu? Non videtur, quod obstat, sup. de privil. Cum olim, lib. 3. & C. de fide instrum. Comparationes. Item quid si rasura sit in logo uno, & tamen per illa, quæ posita sunt in instrumento, probetur propositum? Videtur, quod sufficit ad probandum, sup. de sent. & re jud. Cum I. & A. lib. 3. C. si ex falsis instrument. I. 3. Joann.

h Notare vult differentias inter litteras procuratorias, & litteras de rato: nam ubi aliquis simpliciter constituitur, licet generaliter constitutus, tamen transfigere non potest, sed si cum clausula de rato tunc transfigere potest, alias nihil operaretur illa adjectio, & sic intelligitur, D. de procurat. Mandato.

i Non enim potuit renuntiare privilegio suo, sup. de arbitris Cum tempore, lib. 3.

k Hic de una exceptione permittitur transire ad aliam *, sic sup. de præscript. Auditio, lib. 3. D. de except. * Contraria. Nemo. Similiter de una actione transire ad alias *, sup. de confirm. utili examinata, lib. 3. C. de inof. fic. test. Contra, Arg. contra sup. de appell. Sollicitudinem, lib. 3. D. de tributoria, Quod in heredem. §. Eligere. C. de non numerata pecun. authent. Contra qui propriam, de hoc videtur, sicut dixi, 13. q. 1. in fine. Jo.

664 Collectionis Quartæ Decretal.

sterium ab ejusdem Episcopi imputatione penitus absolvatis.

C A P U T III.

Idem in conc. Later. const. XIV.

c. ult. e. t.

NE nimia religionū diversitas gravem in eccllesia Dei confusione inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cetero novam inveniat religionem *a*), immo unam de approbatis assumat; similiter qui volunt religiosam domum de novo firmare regulam, & institutionem unam de approbatis *b*) accipiat. Illud etiam prohibemus, ne quis in diversis monasteriis locum monachi habere præsumat, neque unus Abbas pluribus *c*) monasteriis præsidere.

T I T U L U S XIV.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE, VEL ALTARIS.

C A P U T I.

Idem Archiepiscopo Bisuntino Pont. anno XV.

c. 6. de con-
secr. eccles.

Ligneis adiiciis ecclesiæ vestrae casu quodam consumptis, parietibus tamen illæsis, ac mensa principalis altaris in sua extremitate modicam passa fracturam, quæsivisti per sed. Ap. edoceri, si propter hoc ipius altaris, vel etiam totius ecclesiæ debet consecratio innovari. Ad quod tibi sic duximus respondendum, quod eum parientes *d*) in sua integritate permanferint, & tabula altaris mota, vel enormiter lœsa non fuerit, ob causas prædictas *1*) nec ecclesia, nec altare debet denuo *2*) consecrari.

T I T U L U S XV.

DE CELEBRATIONE DIVINI OFFICII.

C A P U T I.

Idem Sevicen. Episcopo.

c. 7. de con-
secr. eccles.

Consulisti, & infra. Cœmeteria vero, in quibus excommunicatorū corpora sepeliuntur per iurorum violentiam propinquorum, reconcilianda erunt aspersione *e*) aquæ *f*) solemniter benedictæ, sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consuevit.

C A P U T II.

Idem in conc. Lat. const. XVII.

c. 9. de ce-
lebr. miss.

Dolentes referimus, quod non solum quidam minores clerici, verum etiam aliqui ecclesiarum prælati circa commissiones superflvas, & confabulationes illicitas, ut de aliis raceamus, medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, transcurrente undique continua syncopa *g*) matutinum, sunt & alii qui missarum solemnia vix celebrant in anno, & quod

(1) *Casum prædictum.*

a Nam novum collegium non potest institui inconsulto Principe, ut D. de colleg. lib. 3.

b Sic qui novam constituit dignitatem in eccllesia, constituer eam secundum consuetudinem aliarum ecclesiarum, ut extr. 3. de consuet. Cum olim. Similiter nova eccllesia regetur consuetudine aliarum, ut extr. 3. de censibus, cap. ult. Joann. *c* Sicut nemo potest simul regere Abbatiam, & eccliam saceralem, 16. q. 1. Presbyteros. Joann. *d* Hic pater, quod quamdiu parietes integri sunt, quod non est consecranda ecclisia, vel etiam si parietes sunt successive reparati, ut de consecr. dist. 1. *e* De fabrica. Item patet hic quod alia est consecratio ecclisiae, alia altaris, ut sup. eod. *f* Ut sup. de dedicat. eccl. Propositi. Jo.

g De consecr. dist. 4. Retulerunt. *b* De jure enim ecclisia Græcorum est subjecta Romanæ ecclisiae, ut 24. q. 1. Rogamus. Jo. *i* De consecr. dist. 1. Pervenit. Jo. *k* De consecr. dist. 1. Pervenit. Jo.

l Arg. quod propter culpam tenetur quis ad omnia illa quæ sequuntur ex illa culpa, 31. q. 2. *De neptis*, 2. q. 1. Placuit, extr. 2. de homisid. *Inspecctis*, arg. contra 15. q. 1. *Inebriaverunt*, & D. de furtis Verum. Jo.

deterius est, interesse contemnunt: et si quando his evidenter intersunt, chori silentium fugientes intendunt externis collocutionibus laicorum, dumque auditum ad indebitos sermones fundunt, aures intentas non porrigit ad divina. Hæc igitur, & similia sub pena suspensi. penitus inhibemus, dis. præcipientes in virtute obedientiæ, ut divinum officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis Deus dederit, studiose celebrent pariter, & devote.

T I T U L U S XVI.

DE BAPTISMO, ET EJUS EFFECTU.

C A P U T I.

Idem in eod. const. IV.

LIET Græcos diebus nostris ad obedientiam s. c. 6. de ba-
p. revertentes *b* fovere, ac honorare ve-
limus, mores, ac ritus eorum, quantum cum do-

mino possumus, sustinendo; in his tamen illis de-
ferre nec volumes, nec debemus, quæ periculum
generant animarum, & ecclesiasticæ derogant ho-
nestati. Postquam enim Græcorum ecclisia cum
quibusdam complicibus, & fautoribus suis, ab o-
bedientiæ sed. Ap. se subtraxit, in tantum Græci
cœperunt abominari Latinos, quod inter alia,
quæ in derogationem eorum impie committe-
bant, si quando sacerdotes Latini super eorum ce-
lebrassent altaria, non prius ipsi sacrificare vole-
bant in ipsis, quam ea tamquam per hoc inquinata
lavissent, baptizatos etiam a Latinis ipsi Græ-
ci rebaptizare ausu temerario præsumeant, &
adhuc sicut *i*] accepimus, quidam hæc agere non
verentur. Volentes igitur tantum scandalum ab
ecclisia Dei amovere, sacro suadente concilio,
districte præcipimus, ut talia de cetero non præ-
sumant, conformantes se tamquam filii obedien-
tiæ sacrosanctæ Romanæ ecclisiae matri suæ, ut
sit unum ovile, & unus pastor. Si quis autem tale
quid præsumperit, excommunicationis mucrone per-
cussus ab omni officio, & beneficio ecclisiae su-
pendatur.

C A P U T II.

Idem in eod. const. XX.

STATUIMUS *k*), ut in cunctis ecclesis chri- c. 1. de cu-
sma, & Eucharistia sub fideli custodia clavi- stod. euc-
bus adhibitis conservetur, ne possit ad illa teme-
raria manus extendi ad aliqua horribilia, vel ne-
faria generanda. Si vero is, ad quem spectat custo-
dia, ea incaute reliquerit, tribus mensibus ab of-
ficio suspendatur, & si per ejus incuriam ali-
quod nefandum contigerit, graviori *l*) subjaceat
ultiōni.

TI.

(2) *De novo.*

TITULUS XVII.
DE IMMUNITATE ECCLESIAE, ET
EJUS ORNATU, ET REVERENTIA
RELIQUIARUM.

C A P U T I.

*Idem in eod. const. XX. (1)*c. 2. de cu-
stod. euc.

Relinqui noluimus incorrectum, quod quidam clericis ecclesiis (a) sic disponunt (2) supellectilibus propriis, & etiam alienis, ut potius domus laicæ, quam Dei basilicæ videantur; non considerantes, quod dominus non sinebat, ut vas transferret per templum. Sunt & alii, qui non solum ecclesiis dimittunt incolas (b), verum etiam vasa ministerii, & vestimenta ministrorum, ac pallas altaris, nec non ipsa corporalia tam immunda relinquent, quod interdum aliquibus sunt horrore. Quia vero zelus nos com. dom. Dei, firmiter prohibemus, ne hujusmodi supellestilia in ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, ad eas oporteat habere refugium, sic tamen, ut necessitate cessante res in loca pristina reportentur. Præcipimus quoque, ut ordinaria vasa, corporalia, vestimenta prædicta munda, & nitida serventur, nimis enim videretur absurdum, in sacris fôrdes negligere, quæ dedecent in profanis.

C A P U T II.

*Idem in eodem const. LXII.*e. ult. de re-
liquiis.

CUM ex eo, quod quidam sanctorum reliquias venales exponunt, & eas passim ostendunt, Christianæ religioni detractum sit saepius, & ne in posterum fiat, præsenti decreto statutum, ut antiquæ reliquiae amodo extra cassam nullatenus ostendantur, nec exponantur venales; inventas autem de novo nemo publice venerari præsumat, nisi prius auctoritate Rom. Pont. fuerint approbatæ. Prælati vero non permittant illos, qui ad eorum ecclesiis causa venerationis accedunt, vanis figuris, aut falsis decipi documentis, sicut in plerisque locis occasione quæstus fieri consuevit.

TITULUS XVIII.
DE CENSIBUS.

C A P U T I.

*Idem Comiti Tolosano.*V. c. 26. de
verb. sign.

Super quibusdam, & infra. Volumus insuper, ut ab ecclesiis, & domibus religiosis albergarias (c), vel procurationes nullatenus exigas, sicut in mandatis dignosceris recipiæ, quas tu etiam liberalitate (d) propria remisisti.

Tom. IV.

(1) XIX.

a In ecclesiis tamen judicari potest, & debet, ut 2. q. 2. *Preeceptum.* b De consecr. dist. 1. *Vestimenta.*
c Nam nec patroni, nec advocati ecclesiarum aliquid possunt petere a clericis, nisi ab Episcopo fuerit institutum, sup. de jure patron. *Præterea*, lib. 1. d Nam in necessitate nemo liberalis existit. D. de adimend. vel retinend. legatis. L. *Rem legatam*; tamen eatenac tenuit remissio, quatenus tenuit obligatio, sup. de appellat. Ad præsentiam, lib. 1. 16. q. 1. *Frater noster*, D. de remission. L. un. alias nulla fuit obligatio, ut D. de verbis. obligat. *Dotem stipulatus*. Tamen quandoque id, quod nullum est, confirmatur per adoptionem, ut D. de adimend. legat. L. *Legatum*. e Hoc ideo dicit, quia triplex est procuratio; una, quæ debetur ratione visitationis, ut hic; alia, quæ debetur ratione consuetudinis, ut 18. q. 2. *Servitia* *, tertia, ratione pacti, quod interpositum est in ipsa fundatione, ut extr. 1. de jure patron. *Præterea*, 18. q. 2. *Eieutherius*.

f Nisi ipsi interesse non possint, ut sup. eod. *Inter*. De hac procuratione consuevit tractari 10. q. 1. *Relata*, & q. 3. cap. *Illud. Jo.* g Sic ergo, qui gravat ecclesiam in procuratione, in duplum punitur; sed qui gravat eam in xeniis, in quadruplum punitur, ut 18. distinct. *Quoniam. Joann.*

b Extr. 3. de immunit. eccles. *Nos minus*, & de censibus, *Cum instantia*.

C A P U T II.

Idem in conc. Lat. const. XXXIII.

Procurationes, quæ ratione visitationis e) de-
bentur Episcopis, Archidiaconis, vel qui-
buslibet aliis etiam Ap. sed Leg. aut nuntiis, abs-
que manifesta, & necessaria causa nullatenus
exigantur, nisi cum personaliter (f) visitationis
officium impendunt: evictionum, & personarum
mediocritate observent in Later. conc. constituta,
hoc adhibito moderamine circa legatos, & nun-
tios, ut cum oportuerit eos apud aliquem locum
moram facere necessariam, ne locus ille propter
ipsos nimium aggravetur, procurationes reci-
piant moderatas ab aliis ecclesiis, vel personis,
quæ nondum fuerunt de suis procurationibus ag-
gravatae, ita quod numerus procurationum nu-
merum dierum, quibus moram hujusmodi fece-
rint, non excedat: & cum aliqua non sufficeret
per se ipsam, duæ, vel plures conjungantur in
unum. Porro visitationis officium exerceates,
non quarant, quæ sua sunt, sed quæ Jesu Chri-
sti, prædicationi, & exhortationi, correctioni,
& reformationi vacando; ut fructum referant, qui
non perit. Qui autem contra hoc venire tempta-
verit, & quod accepit, reddat, & ecclesiæ, quam
taliter aggravavit, tantumdem impendat (g).

C A P U T III.

Idem in eodem const. XLVI.

Adversus Consules, & Rectores civitatum, & alios, qui ecclesiæ, & viros ecclesiastico-
costallii, seu collectis, & exactiōibus, & aliis
aggravare nituntur, volens immunitati ecclesiæ
Later. concil. (h) providere, præsumptiones
hujusmodi sub anathematis distinctione prohibi-
bit, transgressores, præsumptores, & fautores
eorum excommunicationi præcipiens subiacere,
donec satisfactionem impenderiat competentem.
Verum si quanda forsan Episcopus simul cum
clericis tantam necessitatem, & utilitatem pro-
spexerint, & absque ulla coactione ad relevandas
utilitates, & necessitates communes, ut laicorum
non suppetant facultates, subsidia per ecclesiæ
duxerint conferenda, prædicti laici humiliter,
& devote recipient cum gratiarum actionibus.
Propter impudentiam tamen quorundam Rom.
Pontifex prius consulatur, cuius interest com-
munibus utilitatibus providere. Quia vero nec sic
quorundam malitia contra Dei ecclesiam con-
quievit, adiicimus, ut constitutiones, & senten-
tiae, quæ a talibus, vel de ipsorum mandato fue-
rint promulgatae, inaneæ, & irritæ habeantur, nul-
lo

P p p p

(2) Exponunt.

c. 23. de
censib.c. 7. de im-
mun. eccl.* Servi-
tium.

Io [a] umquam tempore valitur. Ceterum quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debet, nullus vano decipiatur errore, ut intra tempus regiminis (b) sustineat anathema, quasi post illud non sit ad satisfactionis debitum compellendus; nam & ipsum, qui satisfacere recusaverit, & successores ipsius, nisi satisficerit intra mensem [c], manere decernimus ecclesiastica censura concludum, donec satisficerit competenter; cum succedit in onere, qui substituitur in honore.

C A P U T IV.

Idem in eodem const. XXXIV.

c. 8. e. t. **Q**uia plerique Prælati, ut procreationem, aut servitium aliquod impendant, legato, vel aliis, plus extorquent a subditis, quam exsolvant, & in eorum damnis lucra sectantes, quarunt prædam potius, quam subsidium in subjectis, id de cetero fieri penitus prohibemus. Quod si quis forte præsumperit, & sic extorta restituat, & tantundem cogatur pauperibus d) elargiri. Superior autem, cui fuerit querela deposita, si negligens fuerit in hujus executione constituti, canonicae subjaceat ultioni.

T I T U L U S XIX.
NE CLERICI SÆCULARI NEGOTIO
SE IMMISCEANT.

C A P U T I.

Idem Episcopo Asculano.

c. 8. ne clér. **S**icut te accepimus referente, cum ven. fr. no-
ster Ostien. Episcopus olim per tuam transi-
iens (1) civitatem, tibi dederit in mandatis, ut
presbyteros, & diaconos, & subdiaconos, quos

ibidem invenit passim (e) tabellionatus officium exercentes, excommunicationis vinculo innodares, & eos, qui ab illis publica reperirent instrumenta; tu licet id feceris ex mandato prædicti Episcopi, dissimulati f) postmodum de subdiaconis, donec qualiter contra ipsos (2), & alios in sacris ordinibus constitutos deberes procedere, sedem duceres Apostolicam consulendam. Quocirca fr. tuæ per Ap. sed. mand. quat. clericis in sacris ordinibus constitutis tabellionatus officium per beneficiorum subtractionem ap. post. interdiccas.

C A P U T II.

Idem in conc. Lat. const. XVIII.

Saut proterat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceatur, intersit. Si quis au-
tem hujus occasione statuti ecclesiis, vel ecclie-
siasticis personis aliquod præsumperit inferre dispendium, per cens. eccl. compescatur, nec quisquam clericus litteras dicit, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas; unde in curiis principum hæc sollicitudo non clericis sed laicis committatur. Nullus quoque clericus ruptariis, aut ballistariis, aut hujusmodi viris sanguinis præ-
ponatur, nec illam chirurgiæ (b) partem sub-
diaconus, aut sacerdos exerceat, quæ vel adustio-
nem, vel incisionem inducit, nec quisquam pur-
gationi aquæ ferventis, vel frigidæ, seu ferri can-
dantis ritum cujuslibet benedictionis, aut conse-
crationis impendat, salvis nihilominus prohibi-
tionibus de monachiis [3], sive duellis antea
promulgatis.

L I B E R Q U A R T U S.

T I T U L U S I.
DE SPONSALIBUS, ET
MATRIMONIIS.

C A P U T I.

Idem.

c. 26. de
sponsal. **T**UA nos duxit fraternitas consulendos, &

infra. Consequenter autem quæsivisti, cum quandam mulierem quidam aliter inducere nequivisset, ut sibi commiseretur carnali-
ter, nisi despontaret eandem, nulla sollemni-
tate adhibita, vel alicujus presentia, dixit illi;
te Joannes despontat, cum ipse Joannes mini-
me

*(1) Transfert. (2) Eos ipsos.**(3) Monomachiis, scribe.*

* Al. sup. Sic ergo non valet sententia lata tempore excommunicationis, ut infra de hæret. Excommunicamus, immo-
eti detegitur alicujus excommunicationis post sententiam, retractatur sententia, ut extr. * de sentent. & re-
judic. Ad probandum, nec privilegia ipsorum tenentur, ut 3. q. 4. Nullius. Joann.

b Sic ergo iudex post depositum officium conveniri potest, & hoc ideo est, quia convenitur ex maleficio,
quod perpetravit; secus si conveniretur ex contractu, nam administratores civitatum, & tutores, vel curato-
res non conveniuntur post depositum officium ex contractu, quem fecerunt nomine civitatis, ut D. de adminis-
tratorum ad civitat. pertinent. Curatores. §. In eum, & C. de administr. tutorum Cum quædam, & D. de evict. Illud §. prima, sed ex maleficio bene conveniuntur, deposito officio, ut 1. q. ult. Jubemus. D. de action. empt. Julianus. §. Idem; tamen procurator negotiorum bene conveniuntur deposito officio, ut D. de procurat. Procurator.

c Si tamen prius communicaverit ei * in crimen, excommunicatus est, ut extr. 3. de sent. excomm. Nu-
per; sed cum ipse iudex excommunicatur non expresso nomine, quare statim onus illud non pervenit ad sue-
cessorem? arg. extr. 1. de off. deleg. Quoniam. Respond. quia illud onus provenit * ex delicto, unde non de-
scendit ad alios, ut 24. q. 3. Si heres, ideo autem præfigitur mensis, quia usque ad illud tempus præsumitur
consensisse, ut prima q. 1. Constat. Est autem ille canon, extr. de immunit. eccles. Non minus, post admoni-
tionem canon latae sententiae: & ex hoc patet, quod si iudex secularis admonetur, ne usurpet jurisdictionem
ecclesiasticam, vel in judicando clericos, vel aliu, quod statim incidit in excommunicationem.

d Sup. cap. proximo, contra, & infra de sentent. excommunicat. Sub intermissione. Solario. Hic ignorabatur, quantum quilibet contulisset, & ideo jubetur dari pauperibus. e In omnibus causis sive criminali-
bus sive civilibus quod non licet, ut cap. prox. sed in causa ecclesiastica non removentur tabelliones, argum.
sup. de probat. Quoniam, lib. eod. & sic potest intelligi, 27. q. 2. Multorum.

f Forte ideo, quia non fuit legatus illius loci, unde ibi nihil statueri poterat, sup. de offic. deleg. Novit.

g Episcopi nec possunt dare sententiam criminum, nec alios hortari, ut dent, ut extr. 3. de excess. præl.
Ex litteris, nec clericus potest eas scribere, ut hic, & 23. q. 4. Illud. Si autem Episcopus habet jurisdictio-
nem temporalem, deleget causam criminalem alii, quod facere potest secundum canones, ut 23. q. 4. Illud.
2. q. 7. Sicut, licet secundum leges non possunt delegari, nisi cum iudex non potest interesse, ut D. de offic.
ejus, cui mandata est jurisdictio l. 1. Jo.

b Extr. 3. * de stat. & qualit. Ad nostram. Jo.

* 2.

me (1) vocaretur, sed finxit se vocari Joannem, non credens esse conjugium, eo quod ipse non vocaretur hoc nomine Joannes, nec haberet propositum contrahendi, sed copulam tantum extorquendi carnalem; utrum iuter predictos sit matrimonium celebratum, cum mulier consenserit, & consentiat in eundem; & ille dissenserit, & dissentiat; nec aliud quidquam egerit, quam superius est expressum, nisi quod cognovit eandem. Super quo tuæ fr. respondemus, quod cum præfatus vir prædictam desponsavit (a) mulierem, in propria persona, & sub nomine alieno, quo tamen vocari se finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta (b), videtur forte (c) pro conjugio præsumendum, nisi tu nobis expresse scripstis, quod ille nec proposuit, nec consenserit illam ducere in uxorem, quod qualiter tibi constiterit, non videmus. Nos tamen, quid juris sit, rescriptentes, quod si res ita se habuerit, videlicet quod ille eam non proposuit ducere in uxorem, nec umquam consensit in prædictam personam (2), non debet ex illo factio conjugium judicari; cum in eo nec substantia erat conjugalis contractus, nec forma (d) contrahendi conjugii valeat inventari, quoniam ex altera parte dolus solummodo adfuit, & defuit omnino consensus, sine quo cetera nequeunt fædus perficere (3) conjugale.

C A P U T II.

Idem Episcopo Belvacen.

c. 27. eod. CUM in tua dioec. & infra. Sane quia continet interdum, quod aliquibus volentibus contrahere matrimonium, bannis, ut tuis ver-

(1) Non. [2] Inter prædictas personas.

a Si iste desponsavit eam, quibuscumque verbis usus fuerit, potius est considerandum, quid fuerit factum, quam quid fuerit dictum, sup. de appell. *Ad audienciam*, lib. 3. sup. de verborum signific. In his, lib. 2. C. plus valere, quod agi. L. Si quis, Item simulatio, sive dolus non impedit matrimonium spirituale, 27. dist. *Quod interrogasti*, ergo nec carnale. Item ratione simulationis cogetur stare cum muliere, si mulieri placuerit, sup. de eo, qui duxit in matrimonium, quam pol. per adult. cap. 1. Sed hæc omnia non proficiunt, si protestatio coram omnibus * facta præcessit, coram quibus protestabatur se non animo contrahendi facere, 31. q. 4. *Lotharius*, sup. de his quæ vi, metusve causa fiunt, *Relatum*, lib. 1. nam simulatae nuptiae pro nullo habentur. D. de rito nupt. *Simulatio*. Nec obstat, si dicas, quod per signa probatur matrimonium, sup. de sponsalibus, *Cum apud*, lib. 3. sed illud matrimonium videtur, cum * contraria voluntas non appareat, nec enim præsumitur voluntatem mutatam esse ex sequenti facto, nisi hoc probetur, sup. de his, quæ meritis causa, *Relatum*. D. de probationibus, *Ei qui*. Idem potest dici, cum quis desponsavit aliquam sub condicione, si protestetur, quod cognoscendo eam non recedit a condicione, quia per coitum non purificatur matrimonium; non enim per coitum semper recedit a condicione. Quid enim si sic contrahatur, *contra matrimonium tecum, si tu es virgo? vel si invenero te virginem?* & in coitu non reperitur virgo, dum tamen illud probari possit? sed quid si protestetur, & dicat, quod omnia, quæ dicet, vel faciet, non facit animo contrahendi matrimonium; sed postea publice dicat: „consentio in te“? In eo casu potius recurrimus ad communem intelligentiam verborum, quam ad suum intellectum, sup. de sponsalibus, *Ex litteris*, & hoc ideo, quia talia verba non possunt defervire sua intentioni, sed secus est in casu proposito. Sed obiicio; per verba illa nihil dicitur; aut aliquid aliud concipitur, quam vox significet, ut D. de rebus dubiis, *In ambiguo*, arg. sup. de offic. deleg. *Cum super*, lib. 3. ergo matrimonium non contrahitur per illa verba, sed illud obtinet, ubi locutio est obscura, vel ambigua; ubi enim non sunt ambigua, non queritur de voluntate. D. de legat. 2. *Hlud.*

b Ratione cuius videtur absolute consensisse in eum, sup. de sponsal. *De illis.*c Non dubitative proponitur, sic 33. q. 2. *Amovere.* d Consensus enim semper requiritur, 27. q. 2.*Sufficiunt*, verba enim sunt necessaria, quantum ad ecclesiam, sup. de sponsal. *Tue*, lib. 3.e Ergo aliquid est fama, quod tamen dicitur occultum, ut sup. de cohab. cler. *Vestra*, lib. 3.f Immo & turpis persona videtur admittenda ad impediendum matrimonium, ut sup. eod. *Præterea*, lib. 1.

sed illud obtinet, cum a persona denuntiante orrum est impedimentum, & sic est argumentum, quod ad de-

nuntiationem criminum, criminosi non admittuntur, argum. 35. q. 6. *Episcopus*. De hoc notatur 2. q. 1.Si peccaverit. g Ergo videtur probari, ut sup. de testibus, *Causa litis*, lib. 2. & cap. *Cum causam*. Arg.contr. intra de accusat. *Inquisitionis*, in fine. Item patet hic, quod sola denuntiatio non impedit matrimonium contrahendum, nisi adsit fama.h Sic infra de accus. *Sicut olim*, & sic videtur, quod eodem modo index de plano potest inquirere de fama alicuius, non inquirendo per juramentum, nam multiplex clamor facit fidem de fama, ut sup. de accusat. *Qualiter*. Jo.

i Clandestinum dicitur matrimonium tripliciter: uno modo, cum non habentur testes, ut extr. 1. de cland. despons. cap. 1. & 2. & 3. secundo modo, quod non fit cum sollemnitate, ut 30. q. 5. Aliter, tertio modo, quod fit in eo loco, ubi contrahens ignotus est, ut extr.

2. de clandestin. despons. *Consuluit*. Tener tamen matrimonium clandestine contractum, nisi aliud sit impedimentum, ut 30. q. 5. *Nostrates*, exit. 1. eod. cap. 2. *c. ult. de
cland. desp.

CUM inhibitio (i) copulae conjugalis sit in tri-

volumus districte servari; unde prædecessoru nostorum inhærendo vestigiis clandestina conjugia penitus inhibemus, prohibentes etiam, ne quis fa-

P p p 2 cer-

(3) Conficere.

* Aliqui-
bus, forte.

* Ubi.

sacerdos talibus interesse præsumat, quia specialem quorundam locorum & consuetudinem ad alia generaliter prorogando, statuimus, cum matrimonia fuerunt contrahenda, in ecclesiis per presbyteros publice proponantur, competenti termino præfinito, ut intra illum, qui voluerit (*b*, & valuerit legitimum impedimentum opponat, & ipsi presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obstat. Cum autem apparuerit probabilis (*c*) conjectura contra copulam contrahendam, contra dictus interdicatur expresse, donec quid fieri debeat super eo manifestis constiterit documentis. Si qui vero hujusmodi clandestina, vel interdicta conjugia inire præsumperint in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali (*d*) conjunctione suscepta prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo non expertes scientiae, vel saltem affectatores ignorantiae videantur. Pari modo proles illegitima censeatur, si ambo parentes (*e*) impedimentum scientes legitimum præter omne interdictum etiam in conspectu ecclesiae contrahere præsumperint. Sane si parochialis sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, aut quilibet aliis etiam regularis, qui eis præsumperit interesse, per triennium ab officio suspendatur gravius puniendus, si culpæ qualitas postulaverit; sed & iis, qui taliter copulari præsumperint, etiam in gradu concessio, condigna poenitentia injungatur. Si quis autem ad impediendum legitimam copulam malitiosum impedimentum objecerit, ecclesiasticam non effugiat ultiōrem.

T I T U L U S III.

DE CONSANGUINITATE, ET AFFINITATE, ET SOBOLE SUSCEPTA EX SECUNDO MATRIMONIO.

C A P U T I.

Idem Priori sancti Honorati Arelat.

EX tenore tuarum litterarum acceperimus, quod cum Petrus, & M. mulier in annis majoribus constituti per verba de præsenti matrimonium contraxissent, quidam dicens illos quinto consanguinitatis gradu sese contingere, coram te coepit matrimonium accusare, qui deinde juxta

formam canonum præstito sacramento ad fundandam intentionem suam duos testes inducens consanguinitatem ipsam taliter computavit. Malenutrita inquiens, & vir ejus Causitum, atque Mariam (*f*), Causitus vero Guiscardum, Guiscardus Mariam, Maria Gilium, Gilius nuptam Petro. Item Maria uxorem Bernardi Amalrici, quæ Beatrixem uxorem Bernardi Aldeberti, quæ Beatrixem uxorem Bernardi de Rogordan, quæ Petrum, de quo agitur, genuit, quem alter testum in omnibus est secutus (*g*), reliquus vero consanguinitatis gradus hoc modo distinxit. Malenutrita vero, & vir ejus Causitum, atque Mariam, Causitus autem Gordian. Gordianus (*i*) matrem (*h*) Gilii, Gilius sponsam Petri, item Maria uxorem Bernardi Amalrici, uxor Bernardi Amalrici uxorem Bernardi Aldeberti, uxor Bernardi Aldeberti Beatrixem matrem Petri genuisse monstratur. Porro accusatoris pars consanguinitatem sufficienter probatam afferuit ex depositionibus prædictorum. Cum enim consanguinitatis gradus competenter distinxerint, nocere non poterat, quod nomina quarundam non expresserant personarum, cum demonstratio seu circumlocutio i loco proprii nominis habeatur, adiiciens, quod si unius testis dictum, qui trium personarum nomina non expressit, reputaretur forte invalidum, assertioni tamen accusatoris, & testis alterius, in hoc articulo standum erat, cum in decreto (*k*) Paschalis inveniatur, quod in omni negotio principalis persona de re sibi nota veritatem dicens, pro teste merito est habenda, cui quidem uno adhibito, duo efficiuntur. Præterea supervacue videretur esse statutum (*l*), ut cum juramento deberet recipi accusator, nisi ei crederetur in hoc articulo, tamquam testi. Ad hoc fuit ex parte adversa responsum, quod cum juxta canonicas sanctiones, non solum gradus sunt distinguendi, sed etiam personarum nomina (*m*) designanda, & prædicti accusator, & testis in quarundam defecerant nominibus personarum. Profecto ex depositionibus eorundem & nihil penitus probabatur, nec (*z*) obstat, quod altera pars proposuit demonstrationem vicem proprii nominis obtinere, quia tunc demum demonstratio,

(1) *Guiscardum, Guiscardus.**a Extr. 1. de testibus, Ad huc.*

b Consanguinei tamen potius admittuntur ad accusationem, quam extranei, ut 35. q. 6. cap. 1. alias autem quilibet denuntiare potest, ut extr. 3. de cognat. spirit. *Tua.* Sed quid si nulla exceptione, vel denuntiatione proposita in ecclesia matrimonium sollemniter contractum est, aliquibus scientibus impedimentum, numquid matrimonium talium post mortem, vel etiam in vita ipsorum possunt accusare illi, qui sciverint impedimentum? videtur, quod non, ut sup. de testibus *Ad huc*, lib. 1. & quia certiorari non debuit, qui non ignoravit, ut D. de action. empt. lib. 1. Item licet contrahentes fuerint in culpa, tamen scientes impedimentum fuerunt in dolo, & dolus culpæ præponderat. D. ad legem Aquiliam, *Item Mela*, in princ. & ex quo publice factum est, non admittitur contradictor, ut 8. q. 1. *Licet.* Dico, quod post mortem non potest agi de matrimonio ipsorum principaliter, sed secundario de successione filiorum ut sup. qui fil. sunt leg. *Causam*, in fine, & C. ne de statu defunct. *Quamvis.* Jo. *c* Nota probabilis causa impedit matrimonium contrahendum, ut extr. 1. de sponsal. *Preterea*, & extr. 2. de consang. & affin. *Super.*

d Idest, clandestina, vel interdicta. *e* Sic patet, quod non prodest opinio ecclesiae, si ambo sciunt impedimentum, quin filii sint illegitimi. Sed quid si unus scit, & alter nescit? dixit H. & L. quod quantum ad scientem filii sunt illegitimi; quantum ad ignorantem legitimi, arg. C. de incest. nupt. *Qui contra*, quod non credo, immo quantum ad utrumque sunt legitimi, ut extr. 3. qui fil. sunt legit. *Ex tenore*, monstrum enim esset, quod aliqua esset partim legitimus, partim illegitimus; sicut quod aliquis esset partim liber, & partim servus, ut D. de liberationibus. *L. Duabus, Joann.* *f Supple, Genuit.*

g Si eisdem verbis, & eodem ordine fuisset secutus ipsum, suspectum esset tale testimonium, ut 4. q. 3. *Item in testibus.* *b* Nomen non exprimens. *i* Ut sup. de testibus, *Licet*, lib. eod. D. si cert. petatur. *Certum.* *k* Sup. de testibus, *In omni*, lib. 1. *l* 35. q. 6. *De parentela.* *m* 35. q. 6. *De parentela.*

tio, vel circumlocutio proprii nominis vicem supplet, cum potest de corpore, aut de persona constare. Unde cum personarum illarum, quorum nomina minime sunt expressa, nulla prorsus memoria habeatur, utpote longe retroactis temporibus defunctorum, hujusmodi circumlocutio non est proprio nomine admittenda, maxime cum videatur ibi obscuritatem manifestam ingere, ubi dicitur, Maria genuit uxorem Bernardi Amalrici, uxor Bernardi Amalrici genuit uxorem Bernardi Aldeberti, cum ista compossibilitia esse potuerunt, ut & Maria uxorem Bernardi Amalrici, & alia uxor (a) Bernardi Amalrici uxorem Bernardi Aldeberti generint, quae filia Mariæ non fuisset, ut verbi gratia, si Bernardus Amalrici diversas habuisset uxores. Ex eadem quoque parte fuit propositum, regulariter esse verum, ut nulli prorsus accusatori (b) credi debeat, tamquam testi, cum juxta sacrorum canonum statuta (1) nullus in eodem negotio possit esse accusator, & testis. Supradictum vero Paschalis Papæ capitulum dicebatur ad fraternæ correctionis causam, in qua non secundum judicarium ordinem, sed potius juxta evangelicā regulam proceditur, restringendū, quod ex ipsius capituli tenore colligitur evidenter; sic enim in evangelio continetur, si peccaverit in te frater tuus corripe eum inter te, & ipsū; si te non audierit, adhibe tecum, vel duos testes &c. & tunc etiā hujusmodi testis adhibitus, non quidem commissi criminis, sed fraternæ potius com monitionis testis erit. Fuit quoque subsequenter adjunctum, quod non ideo accusator cum juramento admittitur, ut ei credi debeat tamquam testi, sed cum in causa matrimonii, quoad quædam laxius, quam in aliis negotiis procedatur, dum ad testimonium admittantur tam domestici (c), quam affines, & recepero (2) testimonium de auditu (d) cuiusdam compensationis intuitu fuit a sacris canonibus introductum, ut accusator cum solemnitate (e) quadam, vide licet cum juramento reciparetur, nec tamen ideo, ut testes debet recipi dictum ejus, nam in aliis controversiis, licet qui præstet calumniae sacramentum; non tamen ei creditur tamquam testi (f). Præterea dictum unius testis, qui propinquitatem habere se afferit per se notam, ex eo invalidum videbatur, quia cum secundum communem usum loquendi, dum quis dicit se librum aliquem per se nosse, intelligitur illum suo studio didicisse; dictus testis videbatur impossibile fuisse

[1] *Instituta.* [2] *Recipitur etiam.*

^a Alias si non possent plures comprehendendi nomine appellativo, videretur, quod rupc certa esset designatio, ut instit. de exhered. liberorum. §. *Masculos*, & D. de legat. 2. *Nominatim*. D. de cond. & demonstr. *Nominatim*.

^b Immo qui semel apparuerit inter accusatores, non potest esse testis, ut sup. de accusat. Cum P. Joann.

^c Ut sup. de matr. contra inter eccles. contracta cap. 1. & sic consanguinei dicuntur domestici, non tamen semper familiares admittuntur in matrimonio, ut sup. de testi. In litteris, lib. 2.

^d Hoc hodie corrigitur ex parte sup. de testibus, *Licet*, lib. eod. e S. *juramenti*. Videtur hic, quod principales personæ in matrimonio jurabunt de veritate dicenda, sup. de desponsat. impuber. *Attestationes*, quod concedo. H. Tamen plus processit, ut idem esset accusator, & testis, ut 35. q. 6. cap. 1. & 2.

^f Hoc ideo, quia juratur de credulitate. g Sic sup. de testibus, *Cum tu filii*.

^b Ipsa Maria non jurata. i Sup. de testibus, *Licet*, lib. eod. k Sic sup. qui matrim. accus. non poss. *Pervenit*, lib. 1. Joann. l Hic patet, quod gradus numerandi sunt, non a communi parente, sed a fratribus. Ad idem sup. de testibus *Series*, lib. 2. 35. q. 5. cap. 1. sup. de divorc. *Porro*, lib. 1. Arg. contra sup. de consang. & affinit. *Quod dilectio*, lib. 2. sup. de testibus, *Licet*, lib. eod.

^m 29. dist. *Sciendum*, dist. 4. *Erit*, 32. q. 4. *Obiiciuntur*.

testatus, qui cum nondum quinquagesimum annum attigerit, illorum consanguinitatem suo studio se notile proposuit, qui jam C. annis elapsis decepsisse noscuntur. Præterea, cum alias testis ea, quæ super consanguinitate depositus, a Maria Lamberti se didicisse confirmaverit, ac Maria jurata postmodum dixerit se de illis nihil scivisse penitus, vel etiam audivisse, illorum (3) dicta sic asseruit pars altera benigne interpretanda, ne alteruter de perjurio [g] arguatur, ut videlicet ille qui dixit, quod didicit a Maria, & Maria de illis nihil omnino scivisset (4), aut etiam audivisset, & tamen ea, quæ nec scivit, nec audivit ab aliquo, per se fingens dixerit (b) ipsi testi; unde cum ipse fuerit de his instructus ab ea, quæ illa penitus ignorabat, hujusmodi testimonium debet invalidum judicari (i). Cum igitur nos duxeris consulendos, quid tibi sit in præmisso negotio facendum, nos tam supradictis, quam aliis intellectis devotioni tuæ taliter respondemus, quod cum tolerabilius sit aliquos contra statuta hominum copulatos dimittere, quam conjunctos legitime contra statuta domini separare, per depositiones hujusmodi non est ad divorcii sententiam procedendum.

C A P U T II.

Idem.

TUA nos duxit fraternitas consulendos, u- c. 7. de con- trum illorum sufficiat testimonium ad ma- sanguin. & affin.

trrimonium dirimendum, qui consanguinitatis gradus ab avunculo, & nepote videlicet fratris filio vel sororis, cum de fratribus, vel superioribus nihil noverint, vel audierint, incepint computare. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod cum conjugium multum favoris (k) obtineat, testes hi, qui ad divorcium celebrandum induxi [5] sunt, consanguinitatis computant gradus, cum a stipite debent incipere, id est a parentibus, vel germanis (l) & sic per ordinem distinguere gradus nominibus propriis, vel æquipollentibus indicis designando personas, præferim cum saepius testimonium perhibeant de auditu, quod quia minus est validum, non est in articulo hujusmodi nimium laxanda facultas, cum qua ratione computationem inciperent a secunda eadem ratione ab ulterioribus inchoarent.

C A P U T III.

Idem in conc. Lat. const. L.

NON debet reprehensibile judicari, si secun- c. 8. e. t. dum varietatē temporū (m), statuta quan- do-

(3) *Et eorum.* (4) *Novisset.* (5) *Producti.*

doque varientur humana, præfertim cum urgens necessitas, vel evidens utilitas idem exposcunt; quoniam ipse Deus ex iis, quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutavit [a] in novo. Cum ergo prohibiciones de conjugio in secundo, & tertio affinitatis genere minime contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis b) cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animalium, cum cessante prohibitione cesseret effectus, constitutiones super hoc editas sacri approbatione concilii revocantes (c), præsenti constitutione decernimus, ut sic contrahentes de cetero libere copulentur; prohibito quoque copulae conjugalis quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum de cetero d) non excedat, quoniam in ulterioribus gradibus tam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibito generaliter observari. Quaternarius vero numerus bene congruit prohibitioni conjungii corporalis, de quo dicit Apostolus, quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, nec mulier habet potestatem sui corporis, sed vir, quia quatuor sunt humores in corpore, quod constat ex quatuor elementis. Cum ergo iam usque ad quartum gradum prohibito conjugalis copulae sit restricta, eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc dudum editis, vel ab aliis, vel a nobis, ut si quis contra prohibitionem hujusmodi præsumperit copulari, nulla longinqua te (e) defendatur annorum, cum diuturnitas temporis non minuat peccatum, sed augeat, tanto que sint graviora crimina, quanto diuturniora infelices animas detinent alligatas.

[1] Sive. [2] Objecit.

a Ut de pœnit. dist. 1. Novit dominus, & 22. q. 4. Incommutabilis.

b Cum tamen in hoc casu hic tollatur publicæ honestatis justitia, videtur, quod adhuc in a. liis casibus generet impedimentum, ut in uxoriis duorum fratrum, vel consobrinorum; licet enim non impeditat hodie ibi secundum genus affinitatis matrimonium, remanet tamen adhuc ibi publicæ honestatis justitia, ut 35. q. 3. Porro, quia in matrimonio non quid licet, sed quid honestum sit, considerandum est, ut D. de ritu nuptiar. Semper. Similiter dico, quod adhuc frater impeditur sumere sponsam fratris, licet tantum impeditat publica honestas, quia illud est lege divina prohibitum. Quod etiam secundum leges impeditat publica honestas, habes D. de adopt. Qui in adoptione: vel dic, quod publica honestas est in omnibus sublata, nisi in sposa de futuro. Joann. c Gregorius tamen dicit: „qui dissolvit haec genera affinitatis, „negat verbum Dei in æternum manere“, ut 35. q. 10. Fraternitas. d Sic ergo matrimonium illorum, qui ante constitutionem contraxerunt in quinto, vel sexto gradu, non confirmatur hic, quia constitutio matrimonii non spectat ad præterita matrimonia, ut 35. q. 3. De inclesiis, 31. dist. Ante, 32. q. 4. cap. 1. In summa; sed quid si post editam constitutionem simul steterint scienter? Dico hoc ipso confirmatum matrimonium, ut extr. 1. de conjug. serv. Proposuit, nam matrimonium, quod ab initio non valuit, ex post facto confirmatur, extr. 2. de matrimonio cont. interd. eccles. Cum sis prædictus, extr. 1. de despensi. impub. Litteras, & cap. Accedit. D. de ritu nuptiar. Si quis, & arg. extr. 2. de convers. conjug. Placet, arg. 32. q. 2. Honorant, nam & si primo consensus nullus fuit, postea confirmatur extr. 1. de sponsal. De illis, in auth. de nuptiis, §. Si vero ab initio: videtur tamen, quod verba sint necessaria experimentia consensum, ut extr. 3. de sponsal. Tunc, & 22. q. 2. Si quis ingenuus. Novus enim consensus requiritur, ut extr. 1. de eo, qui dux. in matrim. cap. 1. nisi enim expresse de novo consentiant, videatur potius antiquus consensus adhuc durare, qui nullus fuit, quam novus inchoatus, ut D. de precatio, Sed si manente. D. de arbitri. Sicut, in princ. & l. Labo, §. penult. & arg. 2. de verbis obligationis. l. 1. §. Cum adiicit. e Et sic hodie non currit præscriptio contra accusatores matrimonii, licet olim currebat, ut extr. 3. qui matrim. accus. poss. Per tuas. f Sup. de sponsalib. Cum in tua, lib. eod. g Sic 17. q. 2. Si quis incognitus, in fine. b 15. q. 1. Illa, & 17. q. 1. Consaldus.

i Quia etas illa nescit, quid videat, vel audiat. C. de fals. moneta. l. 1.

k 16. dist. Quod dicitis, 12. q. 2. Qui & humanis. l Non solum ab accusatione, sed etiam a testimonio, ut sup. de testib. Ad hæc lib. 1. Sed nonne admittitur talis ad denuntiandum? Videtur, quod sic, cum & juramentum ei non obstat, sup. de jurejur. Quemadmodum, lib. 3. ad hoc sup. de cogn. spirit. Tua. Resp. quod non, quia suspecti removentur a denuntiatione, sicut ab accusatione, ut infra tit. 1. cap. 1. & sup. de sponsal. Cum in tua, lib. eod. nam cui una via prohibetur, alia non est admittenda ad id, sup. de procurat. Tunc, D. pro socio, Idemque, D. de cond. insit. Quæ sub condicione, & hoc est verum, quia semper taciturnitas nocet volenti accusare matrimonium, nisi probaverit, quia tunc temporis non habuit probationes, ut 2. q. 7. Plerique. Ipsorum autem taciturnitas non præjudicat eis, quin ipsi possint accusare matrimonium, quando voluerint, sup. de restit. spol. cap. ult. lib. 1. m Sic sup. de testib. Presentium, sup. de exceptionib. Pastorales, lib. 3. & videtur hic, quod juramentum non minus valet, quam præsumptio juris, quia per juramentum eliditur hic præsumptio juris, sic 35. q. 1. Extraordinaria. n Aliquis admittitur ad accusandum, cujus

TITULUS IV.
QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSUNT.CAPUT I.
Idem Episcopo Belvath.

CUM in tua dicec. & infra. Si vero post con- e. ult. qui tractum matrimonium aliquis appareat ac. matr. acc. culator, cum non prodierit in publicum, quando banni secundum præfatam consuetudinem f in ecclesiis edebantur, utrum vox sue debeat accusatio admitti, merito queri potest. Super quo merito sic duximus distinguendum, quod si tempore denuntiationis præmissæ is, qui jam conjunctos impetit, extra dicec. existebat, vel alias denuntiatio non potuit (g) ad ejus notitiam pervenire, ut puta si nimis infirmitatis (h) fervore laborans, sanæ mentis patiebatur exilium, vel in annis erat tam teneris constitutus, quod ad comprehensio- nem talium ejus ætas i) sufficere non valebat, seu (i) alia causa legitima fuerit impeditus, ejus accusatio debet audiri; alioquin cum rationabili- ter præsumatur, quod denuntiationem publice factam (k) idem existens in ipsa dicec. minime i- gnoraret, tamquam suspectus est proculdubio re- pellendus (l), nisi proprio firmaverit juramen- to m), quod postea didicerit ea, quæ objecerit (z), & ad hoc ex malitia non procedat, quia tunc et- iam si didicisset ab illis, qui denuntiationis tem- pore siluerunt, claudi non debet eidem aditus ac- cusandi, quoniam etsi ab imputatione hujusmodi culpa de silentio tali contracta illos exclude- ret (n) (z) iste tamen amoveri nequiret, cum cul- pabilis non existat.

LI-

(3) Excludat.

LIBER QUINTUS.

TITULUS I.
DE ACCUSATIONIBUS, ET
INQUISITIONIBUS (1).

CAPUT I.

*Idem.*c. 20. de ac-
cusat.

CUM d. f. &c. & infra. Inquiratis super præmissis diligentius veritatē, & si vobis constiterit prædictos, quorum nomine sunt hujusmodi de prædicto Episcopo nuntiata, publice concubinarios [a] tunc fuisse, propter quod in eos fuerit excommunicationis sententia promulgata, vel præfatum Episcopum de jam dictis excessibus non fuisse præmonitum (b) ab eisdem, vel ipsos conspirasse (c) in eum, eos a denuntiatione ipsa repellatis; alioquin auditis diligenter, quæ fuerint &c. Eadem Episcopo auctoritate nostra nihilominus prohibentes, ne super iis, pro quibus ad audientiam nostram fuerit legitime appellatum, præfatos clericos indebitè gravare præsumat, donec causa prædicta juxta formam mandati nostri fuerit terminata.

CAPUT II.

*Idem Episcopo Sabenien. & Vieno.
vel Ateste.*

c. 21. c. t.

Inquisitionis negotium, quam de v. f. n. Episcopo, & canonicis Valentini. vobis commisimus faciendam, sine conscientiæ scrupulo exequi cupientes, Apostolico petiūtis oraculo edoceri, utrum eorum publicanda sunt dicta, & nomina, quos interrogari contigerit, prout de testibus in publicis causulis (d) fieri consuevit; an sola dicta e) eorundem publicari sufficiat nominibus tacitis, cum idem Episcopus, & canonici manifeste sciant, qui fuerint inquisiti, & utrum contra dicta eadem debeat exceptiones seu replicationes admitti, cum contra perlonas dicentium admittantur. Ad quod breviter respondemus, non solum dicta, sed etiam nomina ipsa, ut quid a quo sit dictum appareat, publicanda, & exceptiones

seu replicationes legitimas admittendas, ne per suppressionem nominum infamandi, per exceptionem, non exclusionem, deponendi falsum audacia præbeatur. Secundo quæsivisti, quid vobis sit statuendum, si contra quempiam per inquisitionem probarum fuerit tale crimen, quod deponeret accusatum criminaliter, & convictum. In quo quidem duximus distinguendum, utrum tale vide licet crimen, quod deponeret accusatum criminaliter, contingit adversus aliquem inveniri, quod ordinis executionem suscepit, aut retentio nem beneficii, etiam post peractam pœnitentiam impidiret; puta si homicidium (f) commisisset, vel adeptus esset ordinem, aut beneficium vitio simoniae, quo casu erit sicut in accusationis judicio (g) procedendum; alioquin, secundum personæ merita, & qualitatem excessus pœnam poterit judicantis discretio moderari. Tertiæ dubitationis articulus continebat, utrum cum duo, vel plures (2) jurati affirmant, aliud crimen aliquod eisdem evidenter commisisse, de quo tamen aliqua infamia non laborat; an aliquam illi infligere pœnam debeatis; & utrum ad petitio nem quorundam quasdam schedulas vobis occulte tradentium, infamationem Episcopi continent, sit ad inquisitionem eorum, quæ in ipsis continentur schedulis, procedendum: & an fides eorum dictis debeat adhiberi, qui post juramentum interrogati secreto *b*, utrum sint eorum, de quibus inquiritur, inimici, respondent, quod non diligunt illos, vel direste inimicos se afferunt eorundem, aut etiam ante juramentum id publice confitentur; nullas tamen inimicitiarum causas probabiles ostendentes. Ad hoc autem priter respondemus, nullum esse pro criminis, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamora insinuatio non præcessit, propter dicta hujusmodi puniendum: quinimmo super hoc depositiones contra eum recipi non debere; cum inquisitio fieri

[1] Inscriptio[n]ibus.

(2) Tres.

enjus auctor non admittitur: secus est in teste sup. de testib. *Licer*, lib. eod. Sed usque ad quod tempus obstat alicui taciturnitas? Videtur, quod incontinenti obstat, nisi statim accuset, cum audit, 32. q. 2. *Mulier*, sup. de off. deleg. cap. ult. l. 3. D. de legat. 2. *Cum quidam*, in fine, C. quomodo, & quando judex. *Ab eo*, 2. q. 6. *Quapropter*. D. ad Macedonianum. *Si filius*. Arg. contra 20. q. 2. *Puello*, 1. q. 1. *Constat*, sup. de frig. & malefic. cap. 1. lib. 1. *Dicas*, taciturnitatem istam cum quodam temperamento intelligendam, arg. D. de solution. *Quod dicimus*. D. ex quibus caus. majores. *Ab hostibus*. §. ult. * *Sed nonne illi proficentur suam injuriam?* Quare ergo non admittuntur, quantumcumque criminosi sint? ut 4. q. 6. *Omnibus*. Resp. criminosus admittitur ad accusandum, sed non ad denuntiandum. Vel loquitur de notoriis fornicatoribus, qui sicut sunt privati ingressu ecclesiaz, ut 31. dist. §. *Verum*, sic & aliis legitimis accusationibus.

b Qui enim non admonuit, repellitur a denuntiatione, sup. de accusation. *Licer*, lib. 3.

c Sup. de sentent. & re jud. *Cum I. & A.* sup. de simonia, *Per tuas*. *d* Id est communibus.

e Hoc habes infra eod. *Qualiter*. *f* Hic corroboratur opinio doctorum, qui dicunt, quod in nullo occulto crimen impeditur executio ordinis post peractam pœnitentiam, præterquam in simonia, & in homicidio, quæ notantur 50. dist. *De his*: alii solam simoniam excipiunt. *Joann.* *g* Viderur, quod in his casibus deponentias obligavit se ad rationem, arg. sup. de accus. *Super*, lib. 3. Item, videtur hic, quod idem est, si beneficium adeptus est simoniace, sicut in ordine, sed contra sup. de simon. *Dilectus*, lib. 3. ubi distinguitur, si in modum accusationis convincatur quis de simonia, deponitur: sed si in modum inquisitionis, privaturo beneficio, ad idem sup. de accusat. *Qualiter*, lib. 3. & sup. de simon. *De regularibus*, lib. 2. in quibus habes, quod convictus de simonia in modum inquisitionis, solo beneficio privaturo. Intelligas ergo, quod hic dicitur, quod privaturo, tamquam si accusatus esset: hoc verum est, quantum ad beneficium, & officium; non tamen, quantum ad depositionem. Unde patet, quod aliud quodcumque crimen præter ista duo, que hic ponuntur, si probatur in modum inquisitionis, ut non ideo privandus sit reus beneficio, vel officio, sed alias, puniri debet, nisi essent regulares prelati, qui pro modicis causis removentur ab administratione, sup. de simon. *Per tuas*, lib. 3. *b* Judex enim interrogabit a teste, an sit inimicus alteri parti, ut 4. q. 3. *Testium*. Item

debeat solummodo super illis, de quibus clamores aliqui præcelerunt; nec ad petitionem eorum, qui libellum intimationis porrigunt in occulto, procedendum (a) est ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendum; aut etiam adversus eos, contra quos fit inquisitio, fides dictis adhibenda eorum, qui post juramentum, vel ante tacite, vel expresse inimicos se afferunt eorumdem, nisi forsan ante juramentum in fraudem id facere præsumantur (b). Quæsivisti præterea, quid statui debeat, si nihil per certam scientiam, sed tantum per famam, & eorum, qui fuerunt inquisiti, credulitatem juratam contigerit inveniri; & utrum aliquis super eo criminis reputari debeat infamatus, de quo ipsum duo, vel tres, aut etiam plures dixerint infamatum, licet de ipso nihil sinistrum etiam in publico audiatur. Ad quod est nostra responso, quod propter famam, & deponentium (c) credulitatem dumtaxat, non erit ad depositionis [c] sententiam procedendum, sed infamato canonica poterit induc purgatio secundum arbitrium judicantis; qui propter dicta paucorum (d) eum infamatum reputare non debet, cujus apud bonos, & graves laeta opinio non existit.

C A P U T III.

Idem Episcopo, & Decano Silvanen.

c. 22. eod.

AD petitionem Galterii quondam Carbonen. (2) Abbatis dilecti, filii magistro scholarum, & magistro R. de Curcum. (3) & P. canonici * Novienen. ejusdem loci, a nobis dum correctione (4) commissa, ipsi bis ad monasterium idem accedentes, quibus correctis ibidem nonnulla, quæ statuenda fuerant, statuerunt, inquisitionis instantiam quorundam impidente malitia retractando [5], ad quorum contumaciam reprimendam sacrilege intendebant brachium invocare. Verum dil. filius noster G. sanctæ Mariæ in portico diac. Card. nunc Ap. sed. L. ite-

rum ad idem veniens monasterium supradicto Walterio præsente, nec reclamante (e) super statu monasterii memorati cœpit inquirere diligenter, & cum inquisitione finita prædictum Walterium Parisius evocasset, propositurum contra inquisitionem eandem, si quid rationabiliter duceret proponendum, idem W. præsentiam ejus adiens (f) allegavit, quod in monasterii correptione procedere non valebat, quæ prædictis iudicibus prius fuerat auctoritate nostra commissa; & Cardin. ipsum ex justis causis se afferens habere suspectum, vocem appellationis ad nos emisit. Porro Cardinalis inspectis his, quæ probata fuerant contra eum, de consilio peritorum ipsum amovit a regimine Abbatiæ, dando fratribus ejusdem loci hoc eam facultatem alium eligendi, qui dil. filium I. Abbatem Corbinen. tunc Priorem de Argentario (7) virum providum, & honestum elegerunt concorditer in Abbatem, & infra. His igitur, & aliis, quæ utraque pars proposuit, intellectis, & infra. Cum nobis de talibus fuerit sufficiens in tali negotio facta fides [f], propter quæ præfatus W. erat merito amoendus, & si restituendus [g] foret, propter judiciarum ordinem non servatum (h), ob caulas prædictas (8) ipsum providimus manere privatum regimiae Abbatiæ, Joannem nihilominus supradictum, quem pro eo quod præfato W. propter juris ordinem non servatum quodammodo inordinate remoto, intelleximus ob eandem causam per consequentiam (i) minus legitime substitutum, per sententiam amoventes, quem quia non propter personæ vitium, vel defectum, sed propter juris solemnitatem, sicut (j) præmisum est, prætermis factam amovimus, ipsum postmodum restitui- mus (k) in Abbatem.

C A P U T IV.

Idem in conc. Later. const. VII.

Qualiter & quando (l) debeat prælatus pro- c. 24. e. b. ce-

(6) In præsentia ejus. [7] Argentolio.

(8) Supradictas. [9] Ut.

[1] *Depositionum.* (2) *Corberi.* (3) *Corton.*
(4) *Cognitione.* (5) *Retardando.*

inimicitarum causas ideo inquirit, quia non ex omnibus causis repellitur inimicus, ut plene not. 3. q. 1. cap. 2. Joann. a Immo tales puniendi sunt; ut 4. q. 1. *Quidam.* b Quid si testis post juramentum dicat se esse criminosum, numquid credetur ei? Eadem ratione videtur, quod sic * & removebit eum, sicut & removet ordinandum, qui confitetur crimen suum, sup. de *statu.* *Quoris.* Sed numquid tenetur prodere crimen suum, sicut ordinandus? ut 50. dist. *Ex penitentibus*, cum ordo, & testimonium pari passu ambulant, 2. q. 7. *Ipsi.* H. dicit, quod sic, arg. 11. q. 3. *Quisquis*, & 35. q. 6. Si duo, & 15. q. ult. cap. 1. & cap. penult. Alii dicunt contrarium, quia licitum est alicui redimere honorem suum qualitercumque potest, 2. q. 3. §. *Notandum.* De hac materia dixi 50. dist. *Ex penitentibus.* Joann. c Idest, remotionis ab officio, & beneficio.

d Videtur hic, quod per tres homines non probetur fama, Arg. contra sup. de *sponsal.* *Cum in tua*, lib. eod. Sed quoniam dicis hic paucos? Numquid undecim * ut sup. de cler. excomm. ministr. *Latronos*, vel 23. *Millig?* Ut 45. dist. *Disciplina.* Dico, quod tot hominum clamor famam facit, cum ex clamore scandalum suscitatur, ut infra eod. *Qualiter.* De hoc dixi 2. q. 5. *Presbyter si a plebe,* & cap. *Omnibus.* Joann.

e Per quod videtur recessisse a beneficio litterarum impetratarum sup. de prescript. cap. 1. in princ. lib. 3. & sup. de appell. *Solicitudinem*, lib. 3. D. de arbitris Sed si in servo, in fin. & l. *Si quis rem,* & arg. C. communia utrinque judicij l. 2. Sed in indicem * qui petit inducias, vel causam abentia allegat coram ipso, ut supra ut lit. non contest. *Accedens*, lib. 3. vel qui postular sibi edigenus accusationis. D. de judiciis, Non videtur. Item ea ratione, quia legatus non potest cognoscere de causa delegata a Papa, ut sup. de offic. leg. *Studiuisti.* lib. 2. licet possint a judice merita causæ inquirere, ut causam instructam remittat, ut sup. de appell. *Constitutus*, lib. 3. Joann. f Nota, quod probationes admisæ coram eo, qui non est judex, faciunt fidem judicii, ut hic, & 2. q. 1. *In primis*, 3. q. 6. *Hec quippe*, quod est contra illud sup. de judic. As si clericis. Item habes hic, quod sententia, quæ nulla est ipso iure, rata potest haberi a Principe, ut paret ex prædictis cap. sed hoc a solo Principe potest fieri, ut sententia, quæ nulla est, vel factum, quod ipso iure nullum est, possit a Principe ratificari, ut 16. q. 6. Si Episcopo, & hoc ideo, quia ipse mutat substantiam rei, ut C. de rei uxori. act. in princ. Joann. g Hic expresse habes, quod differtur restitutio propter scandalum, ut consuevit dici per illud capitulum 3. q. 6. *Hec quippe.* h Quod facere poterant, 23. q. 5. *Principes*, sup. de foro comp. *Postulasti*, lib. eod. i Sic ergo sententia lata contra unum prejudicat alii, quia negotium est connexum cum illo, sic 81. dist. *Tantis*, & 3. q. 6. *Hec quippe.* k Una manu occidit, & alia vivificat; una manu tollit, & altera dat. Joann. l Videamus qualiter procedendum sit in inquisitione,

* Non malo.

* XL.

* Non consentit, forte add.

cedere ad inquirendum, & puniendum sub-
ditorum excessus, ex auctoritate novi, & veteris
testamenti colligitur evidenter, ex quibus postea
processerunt canonicae sanctiones. Sicut olim
Tom. IV.

& quali pena puniendus sit, qui convictus est in modum inquisitionis. Primo ergo videtur distinguendum, an fiat inquisitio de excessu persona alicuius, an de statu alicuius ecclesie; ut si fiat inquisitio de excessu alicuius personae, ut tunc possit procedi lite non contestata, ut extr. 3, ut lite non contest. Quoniam frequenter. Si autem inquiratur super statu monasterii, vel ecclesie, ut tunc necessaria sit litis contestatio, & alia communis forma judiciorum ut extr. 3. de testib. Cum olim. Item in alio est differentia, cum agitur super statu ecclesie, & cum agitur de excessu alicuius personae; quia ubi agitur de statu monasterii, recipiuntur testes qualescumque etiam conspiratores; sed ubi agitur de excessu alicuius personae, secus, ut extr. 3. de sent. & re jud. Cum I. & A. Item distinguendum est, an index ex officio suo inquirat ad clamorem famae, an aliquo promovente inquisitionem iudex cognoscat; quia si aliquo promovente inquisitionem cognoscat, non est cognitus reus ad juramentum aliquod, ut per illud possit instrui adversarius; sed ipse inducit testes, & si defecerit actor, punietur, ut extr. 3. de accusat. cap. ult. Si autem iudex ex suo officio inquirat, tunc ipse iudex inducit testes, & faciet reum iurare, ut respondeat ad interrogata, ut extr. 3. de accusat. Cum dilectus. Sed numquid publicatis attestationib. potest deinceps ab aliis testibus inquiri, & de eodem criminis? Sic, ut 2. q. 1. Notum, & q. 5. Habet, & cap. Monam. Sed si non iudex, sed adversarius induceret * testes, tunc non posset secundo inquiri de eodem crimen, quia timor esset, quod vellet testes laborare. Item inquisitor descendit ad locum, ubi persona conversatur, de qua sit inquisitio, quia ibi melius potest inquiri de vita, & fama ejus, ut 24. q. 1. Pudenda, & 2. q. 1. Deus omnipotens, & extr. 1. de presumpt. Quosdam, & 23. q. 1. Paratus, circa hanc postmodum ille, de cuius statu agitur, citabatur, & sic obiciantur ei crimina, pro quibus citatur, ut possit venire instrutus, ut 5. q. 2. Si primates, & infra eod. cap. & si reus vellet excipere contra personam inquirentis, quod sit inimicus ejus, audiatur, ut infra eod. ibi Non ex odio fomite, vel si vellet excipere contra ipsum iudicem, quod & ipse sit criminibus, unde non debet inquirere de crimen alterius, ut 2. q. 7. Judicet, vel si vellet excipere contra illum, qui impetravit inquisitionem, ut extr. 3. de accusat. Veniens, vel etiam contra testes, ut infra eod. cap. iudex autem ab iis potest inquirere de crimen, qui denuntiaverunt crimen, ut extr. 3. de simon. Licit, & sic idem est denuntiator, & testis. Sed secus est in accusatione; quia ex eo, quod aliquis semel apparuit inter accusatores, amodo non potest esse testis, ut extr. 1. de accus. Cum P. & potest iudex admittere testes etiam criminibus, qui * sunt de ipsa ecclesia, si veritas non potest liquere per alios, ut extr. 3. de sent. & re jud. cap. 1. * quia illi melius noverunt veritatem, quam alii, ut extr. 3. de testib. Veniens: sed si extranei testes inducuntur, requiruntur, quod non sint criminibus, ut extr. 3. de accusat. Per tuas, ubi dicitur, quod in simonia quilibet admittitur, ergo in aliis criminibus non, licet agatur in modum inquisitionis, 35. q. 6. Episcopus, extr. 2. de testib. cogend. Præterea, Testes autem jurabunt de iis, quæ sciunt vel credunt, sed de occultis peccatis rei, nihil dicent, ut extr. 3. eod. Qualiter, & non jurabunt simpliciter respondere ad interrogata, sed jurabunt dicere omnem veritatem, quam noverunt, sive fuerint interrogati, sive non, ut extr. 3. eod. Cum dilectus. Aut ergo testes probant crimen rei, aut non; si probant, tali pena punietur, quod si est in dignitate aliqua constitutus, removetur ab administratione perpetuo, us extr. 3. de simon. Per tuas, sed minores clericorum privabuntur officio, & beneficio, ut extr. 3. de simon. Dilectus. Tamen posset dici, quod si propter dilapidationem removetur ab administratione, perpetuo removetur; sed si propter aliud crimen removetur, tunc usque ad tempus penitentiae, ut per eandem decret. Dilectus, & 2. q. 1. In primitis. Vel dic verius, quod si grave crimen est, de quo est convictus in modum inquisitionis, tunc privatur beneficio, ut hic dicit; sed si minus, tunc pro arbitrio iudicis, ut sup. eod. Inquisitionis, si vero testes nihil probant *, nisi solam famam, sed de criminibus nihil dicunt se scire; tunc si crimen tale est, quod habet perseverantiam facti, admoneat ipsum primo seorsum; postea coram testibus: & si adhuc mala fama perdurat de ipso, tunc suspendat ipsum usque ad dignam satisfactionem, id est, quousque se purget, ut extr. 1. de purg. can. cap. 1. & in eo casu intelligo, quod presbyter infamatus debet suspensi, non enim dico, quod statim propter infamiam debet suspendi, nisi enormitas delicti, vel scandalum * hoc: exposcat, ut extr. 3. de purg. can. Inter. Si vero testes semiplene probant crimen, tunc indicenda est expurgatio, ut extr. 3. de purg. can. Inter. Si vero testes omnes dicunt eum innocentem: tunc non onerabitur aliqua * expurgatio, nisi hoc vellet facere iudex ex abundantia ad sedandam infamiam, ut 2. q. 5. Habet, & cap. seq. Sed quid si iudex vult inquirere de criminibus, reus autem dicit, ut præfigatur terminus volentibus accusare; & si non apparuerit accusator, ut tunc audiatur expurgatio sua; numquid potius est audiendus reus, vel iudex? Videtur, quod reus sit potius audiendus, quia hoc, quod reus petit, ordinarium est, & a jure illud habet: id autem, quod iudex petit, extraordinarium videtur *, & iudex potius ordinario, quam extraordinario iudicio judicabit, ut 2. q. 1. Multi, in fin. & D. de minorib. In cause. Dico potius audiendum iudicem volentem inquirere, quam reum volentem se purgare, quia expurgatio sequitur inquisitionem, ut extr. 3. d. de purg. can. Inter. Item numquid hic habet locum rei? Dico, quod non, quia inquisitio iudicis officio expeditur, non jure actionis, sicut nec dico habere locum redenuntiationem, sive redenuntians admonuerit, sive non, quia præfunitur, quod non sit charitativa talis redenuntiationis, quia creditur, quod ex offensa illud faciat, ut 3. q. 5. cap. 2. Item pone, quod iudex, vel adversarius induxit testes ad probandum crimen rei; reus autem vult inducere testes ad probandum innocentiam suam, videtur, quod possit etiam per familiares suos, ut si vellet probare se bene administrasse, potest per suos familiares, 12. q. 2. Manifeste. Item si adversarius induxit testes ad probandum infamiam, vel crimen, tunc reus potest etiam inducere testes ad probandum famam, vel innocentiam suam. Si vero iudex ex officio suo inducit testes; non, quia non ita præsumitur contra iudicem, sicut contra adversarium. Pone ergo, quod Papa committat inquisitionem contra aliquem, & dicat se esse bona fama, & hoc vellet probare, numquid procedit iudex in inquirendo? Dico, quod in hoc casu summatur sit inquisitio, non de crimen, sed de fama; sed si non clamaverit fama contra ipsum, non procedet ad inquisitionem, ut extr. 3. de accus. Cum oportet. Item pone, quod ille, qui impetravit litteras inquisitionis, remotus est ob aliquam causam; numquid alter potest promovere inquisitionem, si forte iudices nolunt procedere? Vel etiam numquid iudices possunt procedere, si nullus promovet inquisitionem? Arg. quod sic, ut extr. 3. de accus. Cum oportet, & D. de inoffic. test. Posthumus, §. Si quis, quia non refert, per quem preces sint oblatae, ut C. de precib. Imp. offer. Universit, nec refert, unde claruerint crimina 24. q. 3. Eccs. Item quia hic iudex, ut supra dixi, ex officio suo procedit, unde propter inhabilitatem impetrantis non debet iudicis officium impediri, quod potest concedi, ut iudex possit procedere, sed non alter. Verius tamen credo, quod litteræ penitus non valeant, quasi per suggestionem falsi impetratae, nam si Papæ significasset se fuisse inimicum ejus, repulisset eum, ut extr. eod. Cum oportet, unde litteræ non valent, ut extr. 3. de rescr. Super litteris, cum eadem causa moveat delegatum, quæ moveret delegantem, ut ibi dicitur. Idem dico, si aliquis impetrat litteras inquisitionis, cuius non interest, ut aliquis, qui non est subditus illius, nec hoc significat Papæ, nam præsumitur tales non charitable moveri. Je-

* Inducat.

* Si.

* Cum I.

& A.

* Proba-
verint.

* Scandal.

* Alia.

* Eft.

aperte distinximus, & nunc sacri approbatione concilii confirmamus. Legitur enim in evangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quia dissipasset bona ipsius, audivit ab illo: *Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris villicare.* In Genesi dominus ait, *descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, ope re compleverint.* Ex quibus auctoritatibus manifeste probatur, quod non solum cum subditus, verum etiam cum prælatus excedit, si propter clamorem, & famam ad aures superioris pervernerit non quidem a malevolis, & maledicis, sed a providis, & honestis, nec semel tantum, sed saepe, quod clamatio innuit, & diffamatio manifestat, debet coram ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari, ut si rei poposcit qualitas, cononica districtio culpam feriat delinquen tis, non tanquam idem sit accusator, & judex, sed quia denuntiante fama, vel deferente clamore, officii sui debitum exequatur. Licet autem hoc sit observandum in subditis, diligenter tamen observandum est in prælatis, qui quali signum positi sunt ad sagittam; & quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurunt, & insidias patiuntur; & ideo sancti patres provide flauerunt, ut accusatio prælatorum non facile admittatur, ne concussis columnis corrut ædificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsæ sed & malignæ criminatiois janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere prælatis, ne criminarentur injuste, ut tamen ca verent, ne delinquerent insolenter, contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam, videlicet ut criminalis accusatio, per quam ad deminutionem capit is, idest degradationem tenditur, nisi legitima præcedat inscriptione, nullatenus admittatur, sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, ut jam clamor ascendet, qui diutius sine scandalo dissimulari non poshit, vel sine periculo tolerari, absque dubitatio nis scrupulo ad inquirendum, & puniendum ejus excessus, non ex odio somite, sed charitatis procedatur affectu; quatenus si fuerit gravis excessus, et si non degradetur ab ordine, ab admini

stratione tamen amoveatur omnino, quod est secundum sententiam evangelicam, a villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem. Debet igitur esse præfensis, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam (a) absentaret, & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi se ipsum, & non solum dicta, sed etiam ipsa nomina testium sunt ei, ut quid, a quo sit dictum, apparet, publicanda. Nec non exceptiones, & repli cationes legitimæ admittendæ, ne per suppressionem nominum infamandi, per exceptionem vero exclusionem, deponendi falsum audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectas, contra quos, ut de notoriis excessibus taceatur, etiam si tribus modis posset procedi, per accusationem videlicet, denuntiationem, & inquisitionem ipsorum, verum tamen in omnibus diligens adhibetur cautela, ne forte per leve compendium ad grave dispendum veniatur, sicut accusationem legitimam præcedere debet inscriptione, sic & denuntiationem charitativa monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio (1) prævenire, illo semper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, sententiae quoque forma dicetur. Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus ulquequaque servandum, quæ cum causa requirit, facilis, & liberius a suis possunt administrationibus amoveri.

C A P U T V.

Idem in conc. Lat.

Sicut olim (b) a sanctis patribus noscitur institutio (c. 15. eod.) tuum, Metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis provincialia non omittant concilia celebrare, in quibus de corrigendis excessibus ac moribus reformatis præsertim in clero diligenter habeant cum Dei timore tractatum, canonicas regulas, & maxime, quæ statuae sunt in hoc generali concilio, relegentes, ut eas faciant observari, debitam poenam transgressoribus infligendo. Ut autem id valeant efficacius adimplere, per singulas dioeceses statuant personas (c) idoneas, providas videlicet, & honestas, quæ per totum annum simpliciter, & de plano abique ultra jurisdictione (d) sollicitate investigent, quæ cor

re-

[1] *Infamatio.*

a Hoc solum novum est, nec alibi ita expresse inveniebatur. Joann. b Ut 18. dist. *Quoniam quidam.*
c Ex eo, quod dicit *Statuunt, & non Delegant*, patet, quod tales erunt de eodem Episcopatu, & erunt quasi testes synodales, ut 35. q. 6. *Episcopus*, tales enim melius possunt scire, quæ agantur in dioecesi, quam extranei, ut extr. 3. de testibus, *Venient*, in fin. Sed numquid isti circuibunt de villa ad villam ad inquirendum excessus? satis videtur, quod sic, ut 80. dist. *Non debere*. Item numquid facient hoc tuis expensis non viderunt, sed potius illi, ubi inquietant, dabunt eas, ut 12. q. 2. *Charitatem*, extr. 1. de simon. Cum sit. Cum enim sint tales officiales iudicis, licet recipiunt ab aliis, ut 14. q. 5. *Non sanc*, & facit ad hoc 4. q. 3. *Venturis*. E contra viderunt, quod ille providebit eis, qui eos constituit, ut infra eod. *Inter cetera*, & 23. q. 1. *Militare*. Ad hoc dico, quod si velint circuire de ecclesia ad ecclesiam, non petent ab aliis, nisi proprium sumptus eis desint, ut 10. q. 1. *Cavendum*; tamen non debent circuire dioecesim, nisi necessitas subsit, ut in authent. coll. 9. *Ut different. iudices*, §. 1. & 2. d Cum isti non habeant jurisdictionem, ergo non possunt aliquos citare, nec cogere aliquos, ut respondeant ad interrogata; immo possunt eis dicere: " ingressus es, ut advena, numquid ut iudices nos?" ut 3. q. 6. *Leges*. Item qualiter credetur istis, si isti non sunt jurati, nec illi, a quibus querunt, sunt jurati, cum non credatur alicui, nisi jurato, ut 4. q. 3. *Jurejurandi*. Item quare hic primo denuntiatur metropolitano excessus, cum gradatim deberent denuntiari, primo Archidiacono; & si ille negligens esset, tunc Episcopo, & deinde metropolitano, ut 25. dist. *Perletis*, 11. q. 1. *Pervenit*, nec habet jurisdictionem in subditos sui suffraganei, nisi appellaretur ad ipsum, ut 9. q. 3. *Conquesitus*, nec talis inquisitor tenetur recipere hoc mandatum, nisi velit, ut extr. 3. de offic. *Pastoralis*. Ad hoc

di-

rectione, vel reformatione sunt digna, & ea fide-liter perferant ad Metropolitanum, & suffraganeos, & alios in concilio subsequenti, ut similiter his, & aliis, prout utilitati, & honestati congruit, provida deliberatione procedant; & quod statuerint, faciant observari, publicaturi eam episcopali bus synodis annuatim per singulas dioc. celebrandas. Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, a sui executione officii suspenderatur.

TITULUS II. DE SIMONIA. CAPUT I.

Idem.

c. 37. de si-mon.

PER tuas nobis litteras intimasti, quod cum D. lator praesentium vellet in subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, quemdam presbyterum exoravit, ut ipsum ad ecclesiam suam titulum presentaret; quod cum ille facere recusaret, ipse illi firmiter reprobavit, quod nunquam si presentaret eundem, in (1) ecclesia sua aliquam peteret portionem, & sic ad presentationem ipsius extitit ordinatus, nec, ut asserit, in hoc se egisse illicitum aliquid intellexit. Unde cum postmodum vellet in diaconum promoveri, Episcopo commonente, ne quis interveniente promissione aliqua ordinatus accederet, idem recordatus promissionis istius, a susceptione ordinis diaconatus cessavit, hoc tibi humiliter confitens, & per te postulans edoceri, utrum ex compromissione huiusmodi reus esset, & an licet eidem in suscepto subdiaconatus ordine ministrare, & ad ordines ascendere ulteriores (2) fraternalis tua duxit Ap. sed oraculum requirendum. Nos igitur inquisitioni t. taliter respondemus, quod nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum (a), nec ad ordines superiores ascendere, nec in suscepto debet

(1) *Ab.* (2) *Altiores.*

dico, quod tales inquisitores solam famam referunt metropolitano, ut ad clamorem istorum possit descendere, & visitare diocesim, ut 2. q. 1. *Deus omnipotens*, nec etiam famam illorum criminum denuntiabunt, si Episcopi parati sunt excessus illos corrigeri, quia Episcopus non perdit jurisdictionem suam, nisi sit negligens, ut 2. q. 3. §. ult. Ad hoc ergo constituantur illi executores, ut per eos denuntiantur metropolitano negligentia Episcoporum. Ex hoc enim probatur Episcopos esse negligentes, quod multa * apud eos agent correctione, ut 18. dist. *Pervenit*, nec aliter potest visitare provinciam, nisi denuntiatum sit ei de negligenti, unde hodie videtur esse deminuta jurisdictione metropolitani in hoc, quod cum olim poterant descendere ad dioceses, non dico, ut inquirent de criminalibus, sed ad hoc ut inquirent, an Episcopi essent negligentes, vel non, quia aliter de negligentia Episcoporum non poterat eis constare, nisi per inquisitionem, sicut potest intelligi extr. 2. de censibus, *Sopite*, extr. 3. de praescript. *Cum ex officiis*, & extr. 3. de major. & obed. *Cum ex officiis*; sed hodie non possunt, quia illa inquisitio per alios expeditur, ut hic dicatur. Item minus creditur istis inquisitoribus quam aliis officiatis, quia aliis officiatis creditur, quoque contrarium probetur, ut 4. q. 3. §. *Aliquando*. D. de offic. prefecti urb. L. 1. §. *Quies*, extr. 1. de appell. *Cum parati*. D. de rebus eorum qui sub tut. L. *Magis*. §. *Illud*. D. de custod. reor. *Divus*. Hoc ideo, quia isti sunt tantum relatores famae. Item, quid si Archidiaconus velit tantum inquirere in aliqua villa, & isti inquisitores etiam venerint illuc ad inquendum, numquid utrique simul poterunt inquirere? & in judicibus evidens esset, nam pro eodem negotio partes non essent trahendae ad diversos judices, ut extr. 3. de rescr. *Ex tenore*, sed hic una inquisitio non praedicat alii. Dico, quod non possunt inquirere sine consenu Archidiaconi, ut 80. distinct. *Non debere*, quia plena inquisitio praedicat semiplenae. Joann.

* An dispensatur hic cum simoniaco in ordine? quod est contra illud 1. q. 1. *Erga*. Sed numquid potest Episcopus dispensare, cum in modicis simoniis Episcopus dispenseat? ut 1. q. 5. cap. ult. *Non credo*.

b Triplici de causa, tum quia hic fuit munus a lingua, ut 1. q. 1. *Sunt nonnulli*, tum quia nulla contradictione debuit admitti, 1. q. 2. *Quam pio*, tum quia per subreptionem voluit adipisci ordinem, ut 24. distinct. *Quando*, sup. de elect. *Cum dilecta*, circa fin. lib. 3. ut 1. q. 1. *Qui studer*. Item patet hic, quod licet spiritale ius non sit adnexum administrationi ecclesiasticae, ut in advocatis, quod tamen vendi non potest, ut 1. q. 4. *Salvator*, & 1. q. 1. *Si quis Episcopus*.

d Fingunt quidam, quod in consecratione licite aliquid petitur, dum tamen non pro consecratione pertinet, sed pro consuetudine, per id quod legitur 63. dist. *Quia*, & in authent. de sanctiss. Episcopis. §. *Pro consuetudinibus*, sed istud nihil valet, ut extr. 1. de simonia. *Cum in ecclesia*. Joann.

e Potest tamen concedi, quod sub hac forma possit ei praedici, bene recipere mus te, si haberet, quid co-mederes; ut tunc in ingressu suo possit se, & sua offerre, ut extr. 3. eod. *Tua*. Joann.

ordine secundum rigorē canonicum ministrare (b).

CAPUT II.

Idem.

Consulere, & infra. Quicumque vicedomina- c. 38. eod. tum, vel aliam ecclesiasticam administrationem per pecuniam administrare [3] voluerint tam ementes, quam vendentes cum Simone mago percelluntur, & ab illa ecclesia, in cuius contumeliam dare pecuniam, & accipere valuerint (c), juste excluduntur.

CAPUT III.

Idem in conc. Later. constitut. LXIV.

Sicut pro certo didicimus, in plerisque locis a c. 39. eod. plerisque personis quasi columbas in templo vendentibus fiunt exactiones, & extortiones turpes, & pravae, pro consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus clericorum, estque taxatum, quantum sit isti, vel illi, quantumve alteri, vel alii persolvendum, & ad cumulum damnationis majoris, quidam turpitudinem, & pravitatem hujusmodi nituntur defendere per consuetudinem longo tempore ob-servatam. Tantum igitur abolere volentes absurdum, consuetudinem (d) hujusmodi, quæ magis dicenda est corruptela, penitus reprobamus, firmiter statuentes, ut pro his five conferendis, five collatis, nemo aliquid quoquam praetextu exige-re, aut extorquere presumat; alioquin & qui re-cepit, & qui dederit, hujusmodi pretium omnino damnatum, cum Giezi, & Simone conde-mnetur.

CAPUT IV.

Idem in eod. const. LXV.

Quoniam simoniaca labes plerasque moniales infecit, ut vix alias sine pretio reci-piant in forores paupertatis (e) praetextu: volen-tes hujusmodi vitium palliare, ne id de cetero fiat,

c. 40. eod.

Qqqq 2 pe-

(3) Obtinere.

* *Multi.*

penitus prohibemus, statuentes, ut quicumque de cetero talem commiserit pravitatem, tam recipiens, quam recepta, sive sit subdita, sive prælata sine spe restitutionis, de suo monasterio expellatur (a), in locum artioris regulae ad agendam perpetuam pœnitentiam retrudenda. De his autem, quæ ante hoc sinodale statutum taliter sunt receptæ, ita duximus providendum, ut remotæ de monasteriis, quæ perperam sunt ingressæ, in aliis locis ejusdem ordinis collocentur; quod si forte propter nimiam multitudinem (b) alibi nequiverint commode collocari, ne damnabiliter in sæculo vagentur, recipientur in eisdem monasteriis dispensative de novo mutatis prioribus locis, & inferioribus (c) assignatis, hoc etiam circa monachos, vel alios regulares decernimus observandum. Verum ne per simplicitatem, vel ignorantiam (d) se valeant excusare, præcipimus, ut diccesani Episcopi singulis annis hoc faciant per suas dicec. publicari.

C A P U T V.

Idem in eodem const. LXVI.

c. 41. e. t.

AUdivimus de quibusdam Episcopis, quod interdicto subiiciunt, nec patiuntur alios in eisdem institui, donec ipsis certa summa pecunia perfolvatur (e). Præterea cum miles, aut clericus domum religionis ingreditur, aut apud religiosos eligit sepulturam, etiam si nihil religioso loco reliquerit, difficultates ingerunt, & malitias donec aliquid muneris manus contingat eorum. Cum igitur non solum a malo, sed etiam ab omni specie mali sit secundum Apostolum abstinentia, exactiones hujusmodi penitus inhibemus; quod si quis transgressor extiterit, exæcta duplicita restituat in utilitates locorum, in quorum fuerint dispendium soluta, fideliter convertenda.

C A P U T VI.

Idem in eodem const. LXVII.

c. 42. eod.

AD Ap. aud. frequenti relatione pervenit, quod quidam clerici pro exequiis mortuo-

rum, & benedictione nubentium, & similibus pecuniam exigunt, & extorquent, & si forte eorum cupiditati non fuerit satisfactum, impedimenta ficticia fraudulenter opponunt: e contra vero, quod laici laudabilem consuetudinem (f) erga sanctam ecclesiam pia devotione fidelium introductam ex fermento hæreticæ pravitatis nituntur infringere sub pretextu canonicae pietatis: quapropter has pravas exactiones fieri prohibemus, & piæ consuetudines præcipimus observari, statuentes, ut libere conferantur ecclesiastica sacramenta, sed per Episcopum loci veritate cognita compescantur, qui malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare.

T I T U L U S III.
D E M A G I S T R I S.
C A P U T I.*Idem in eod. const. XI.*

c. 4. de magistris.

QUia nonnullis propter inopiam, & legendi studium, & opportunitas proficiendi subtrahitur, in Later. concilio pia fuit constitutione provisum, ut per unam quamquam cathedralem ecclesiam magistro, qui clericos ejusdem ecclesiæ, aliosque scholares pauperes gratis (g) instrueret, aliquod competens beneficium præberetur, quo & docentis relevaretur necessitas, & via pateret discitibus ad doctrinam. Verum quoniam in multis ecclesiis minime observatur, nos prædictum roborantes statutum adiicimus, ut non solum quælibet cathedralis ecclesia, sed etiam in aliis, quorum sufficere potuerint facultates, constituantur magister idoneus, a prælato cum capitulo, seu majori, & seniori parte capituli eligendus, qui clericos ecclesiæ ipsarum, & aliarum gratis in grammatica facultate, ac aliis instruat juxta poise. Sane metropol. ecclesia theologum nihilominus habeat, qui sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat, & in his præfertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur autem cuiilibet magistrorum a capitulo unius præbendæ [h] proventus, & a Metropoli-

ta-

a Cum in modum accusationis de hoc sunt convicti, secus si in modum inquisitionis, ut distinguitur extr. 3. eod. *Dilectus*, Joann. b Sic extr. 1. de cleric. excomm. minist. *Latores*.

c Sic extr. 2. de renuntiat. *Ex insinuatione*. d Sic 82. distinc. *Propositi*.

e Utrum alicui licet redimere sibi quietem, notari consuevit 1. q. 1. *Nullus*, & illud probatur extr. 2. de simon. *Dilectus*. Licitum est enim alicui corruptere accusatorem suum, ut 2. q. 3. §. *Notandum*, in fin. Jo.

f Littera ista videtur velle, quod licet clerici nihil possint petere pro talibus sacramentis, si tamen laici consueverunt aliqua dare, per superiorum possunt cogi ad servandam talem consuetudinem, quæ ex pietate est inducta; vel intellige, quod laici abutuntur consuetudinibus, quæ eis pietatis causa permitti sunt, ut cum permittatur eis præsentare clericos, volunt etiam instituere; vel ex eo, quod requiritur consensus eorum in electionibus volunt eligere, vel ex eo, quod permittatur eis pasci de bonis ecclesiæ, si labuntur ad inopiam volunt rapere bona ecclesiæ, de jure debent reddere quadruplum, ut 18. dist. *Quoniam quidem*. Joann.

g Numquid ergo a divitibus possunt petere collectas? videtur, quod non, quia si vult dici philosophus, propositi pecuniam exemplo Socratis*, ut 12. q. 2. *Gloria**, vers. *Socrates**. Item scientia donum Dei est, ergo vendi non potest, ut 1. q. 3. *Non solum*. Item professores juris licite recipiunt pecuniam, sed non licite petunt, ut D. de variis & extraord. cognit. L. 1. §. *Eft quidem*; sed contra, qui præstat obsequium, recipi etiam mercedem, 12. q. 2. *Charitatena*. Item cum jurisperitus possit vendere justum coniunctioni, ut 14. q. 5. *Non sane*, quare non posset magister vendere justam doctrinam? Nec obstat, si dicas, quod gratis debeat docere, fateor, & tamen potest petere pecuniam, nonne testis gratis feret testimonium, & tamen petet sumptus? ut 4. q. 3. *Venturis*, nonne Episcopus gratis consecrabit ecclesiæ, & tamen petet sumptus? extr. 1. de simon. *Cum sit*, & iudex gratis judicat, & tamen petit sumptus, ut extr. 3. de vita, & honest. *Cum ab omn. & his rationibus sentio*, quod magister licite petit collectam, cum ei sua plenissime non sufficiunt, ut 10. q. 1. *Priscis*, Joann. b Quid si non vacat aliqua præbenda; tunc expectabitur, quoque vacet; pone enim, quod detur ei præbenda mortui canonici, cum illi data sit præbenda, & non canonica: numquid tenentur canonici eligere intra statutum tempus aliquem ad canonicam illam, cum semper ordo debeat esse plenus? ut D. de decutionibus, *Generalitor*. §. penult. maxime si certus sit numerus canonicorum, & juratus, & videretur, quod sic; quia si canonici ad tempus fumerent fructus alicujus præbendæ ex cœla necessaria, forte ad farta tecta, nihilominus conferent canonicam, ut extr. 3. ut *ecclesiast. benef.* *Ut nostrum*, quia & si non haber. præbendam ha-

* *Cratocis*, malo.* *Crates*,

etiam mercedem, 12. q. 2. *Charitatena*. Item cum jurisperitus possit vendere justum coniunctioni, ut 14. q. 5. *Non sane*, quare non posset magister vendere justam doctrinam? Nec obstat, si dicas, quod gratis debeat docere, fateor, & tamen potest petere pecuniam, nonne testis gratis feret testimonium, & tamen petet sumptus? ut 4. q. 3. *Venturis*, nonne Episcopus gratis consecrabit ecclesiæ, & tamen petet sumptus? extr. 1. de simon. *Cum sit*, & iudex gratis judicat, & tamen petit sumptus, ut extr. 3. de vita, & honest. *Cum ab omn. & his rationibus sentio*, quod magister licite petit collectam, cum ei sua plenissime non sufficiunt, ut 10. q. 1. *Priscis*, Joann. b Quid si non vacat aliqua præbenda; tunc expectabitur, quoque vacet; pone enim, quod detur ei præbenda mortui canonici, cum illi data sit præbenda, & non canonica: numquid tenentur canonici eligere intra statutum tempus aliquem ad canonicam illam, cum semper ordo debeat esse plenus? ut D. de decutionibus, *Generalitor*. §. penult. maxime si certus sit numerus canonicorum, & juratus, & videretur, quod sic; quia si canonici ad tempus fumerent fructus alicujus præbendæ ex cœla necessaria, forte ad farta tecta, nihilominus conferent canonicam, ut extr. 3. ut *ecclesiast. benef.* *Ut nostrum*, quia & si non haber. præbendam ha-

tano tantudem, non quod propter hoc efficiatur canonicus, sed tandi redditus illos percipiat, quamdiu per literit in docendo. Quod si forte de duobus metropol. ecclesia gravetur, theologo juxta modum prædictum ipsa provideat, grammatico vero in alia ecclesia suæ civitatis sive diœc. quæ sufficere valeat, faciat provideri.

TITULUS IV.

DE JUDÆIS, ET SARRACENIS.

CAPUT I.

*Idem in eod. const. LXIX.*cap. 15. de
Judeis.

IN nonnullis provinciis a Christianis Judæos, seu Serracenos habitus distinguit diversitas, sed in quibusdam sic quedam inolevit confusio, ut nulla differentia discernantur, unde contingit interdum, quod per errorem Christiani Judæorum seu Sarracenorum, Judai, vel Sarraceni mulieribus Christianorum commiscetur. Ne igitur tam damnatae commixtionis excessus per velamen erroris hujusmodi excusationis possit habere diffugium, statuimus, ut tales utriusque sexus in omni Christianorum provincia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur [a], cum per Moisen hoc ipsum eis legatur injunctum. In diebus autem lamentationis, & dominicæ passionis publice minime procedentes, eo quod nonnulli ex ipsis talibus diebus, sicut accepimus, & ornatius non erubescunt indecere, ac Christianis, qui sacratissime passionis memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere non formidant. Illud autem strictissime inhibemus, ne contumeliam Redemptoris aliquatenus prosilire præsumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobriū, qui probra nostra delevit, præcipimus præsumptores hujusmodi per principes sacerdotiales condignæ animadversionis adjectione compesci, ne crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare præsumant.

CAPUT II.

Idem in eodem const. LXX.

c. 16. eod.

CUM sit nimis absurdum, ut Christi blasphemus aliquis in Christianos jura exerceat potestatis, quod super hoc Tolet. concil. (b) provide statuit, propter transgressorum audaciam, & hoc generali concilio innovamus, prohibentes, ne Judæi publicis officiis præferantur, quoniam

sub tali prætextu Christianis plurimum sunt infesti. Si quis autem eis officium tale commiserit, per provinciale concilium, quod singulis annis præcipimus celebrari, monitione præmissa, distinctione, qua convenit, compescatur; officiali vero hujusmodi tamdiu Christianorum communio in commerciis, & aliis denegetur, donec in usus pauperum (c) Christianorum secundum prævidentiam dicecestan Episcopi convertatur quidquid fuerit a Christianis ademptum occasione officii sic suscepit, & officium cum pudore dimittat quod irreverenter assumpsit; hoc idem extendimus ad paganos.

CAPUT III.

Idem in eod. const. LXXI.

Quidam sicut accepimus, qui ad sacri undam baptismatis voluntarii accesserunt, veterem hominem omnino non exuunt, ut novum perfectius induantur, sed prioris reliquias intus retinentes, Christianæ religionis decorum tali commixtione confundunt. Cum autem maledictus sit homo, qui terram duabus viis ingreditur (d), & indui uestis non debeat lino, lanaque [e] contexta, statuimus, ut per prælatos ecclesiastarum talis observantia veteris ritus omnino compescatur, ut quos Christianæ religioni liberæ voluntatis [f] arbitrium obtulit, salutiferæ coactionis necessitas in ejus observatione conservet, cum minus malum existat viam domini non agnoscere, quam post agnitam retroire.

TITULUS V.

DE HÆRETICIS, ET MANICHÆIS.

CAPUT I.

Idem.

Quantum ecclesia laboraverit per prædicatores, & cruce signatos ad exterminandos hæreticos, & ruptarias de provincia Narbon. & partibus sibi vicinis, totus pœna orbis cognoscit, & quidem per Dei gratiam, & sollicitudinem nostram valde profecit, cum exterminatis utrisque terra ipsa in fide catholica, & pace fraterna iam salubriter gubernetur. Quia vero novella plantatio adhuc indiget irrigari, sacri concilii consilio ita duximus providendum, ut quoniam R. quondam Comes Tolosanus culpabilis repertus est in utrisque, nec umquam sub ejus regimine terra potuit in pacis, & fidei statu servari, sicut ex longo

habet faltem, ea, quæ præsentibus dantur, ut extr. 3. de præbend. *Dilectus*, in fin. & extr. 1. de præb. *Relatum*, & videtur expressum extr. 3. de rescript. *Constitutus*. Sed non est ibi intercessio illa, sed est in Alanus de præb. *Constitutus*, & facit ad idem extr. 2. de institutor. *In ecclesia*. Hoc dicto sequitur inconveniens, quia si dicis istum habere canoniam, ergo moriente aliquo canonico illi assignabitur illa præbenda, & sic habebit duas canonicas, sed tantum unam præbendam. Item ex hoc sequitur, quod eadem res duplice iure censetur iure spirituallium, & iure temporalium, quod esse non debet, 12. q. 2. *Concesso*. Ex hoc sequitur*, quod spiritualia essent sine temporalibus, quod esse non debet, ut 1. q. 3. *Si quis obieciter*. Ad hoc potest dici quod cum præbenda datur magistro, & non canonico, vel si assignetur præbenda ad opus ecclesie, vel si ex causa sibi retinent fructus, quod facere possunt, extr. 3. de constitut. *Cum M. Ferrariensis*, in eo casu statim extinguitur, & perit illud jus, quod canonica appellatur; quia ut dixi, spiritualia non possunt consistere sine temporalibus, & quam cito revertitur præbenda ad ecclesiam, statim renascitur illud jus spirituale, & sic canonici non possunt dici negligentes, cum nec vacet ob id præbenda, nec canonica. Joann.

* Sic liber distinguitur a servo per pileum, ut C. de Latina liber. lib. 1. §. *Sed qui pilzati*, & meretrix a matrona per uestes, ut extr. 2. de sent. excomm. *Ad audientiam*, & masculis a feminis per crines, & uestes ut 20. dist. *Si qua femina*, Joann. b. Ut 54. dist. *Nulla*. c. Sic ergo restituitur pauperibus quod injuste extortum est; sed si officium licitum esset, tunc si veller, posset dare pauperibus injuste extorta, ut 14. q. 5. *Non fas*. Si autem dominus sciretur, a quo istud extortum est, illi potius esset reddendum, quam dandum pauperibus, ut 10. dist. *Quoniam*, & sup. eod. *Sub interminat*. Jo. d. Nisi hoc requirat* officium, ut 3. q. 7. * *Reliquerit*. §. *Tria*, in fine. D. de rei vind. *Inter*. e. 16. q. 7. *In nova*. f. Idem si coactus condicionali coactione, ut

go tempore certis indicis est compertum, ab ejus domino, quod prave gessit, perpetuo sit exclusus *a*, extra terram *b* ipsam in loco idoneo moraturus, ubi dignam agat pœnitentiam deportatus *c*. Verum de proventibus *d* terræ cccc. marchas percipiat annuatim, quandiu curaverit humiliter obedire; uxor vero ipsius Comitis soror quondam Regis Aragon, cui ab omnibus laudabile testimonium perhibetur, quod sit catholica mulier, & honesta, terras ad suum dotalicium *e* *1* pertinentes integre habeat, & quiete, ita tamen, ut sic ad mandatum ecclesiæ faciat custodiri, quod per ipsas negotia pacis, & fidei non valeat perturbari. Tota vero terra, quam obtinuerunt cruce signati aduersus hæreticos, credentes, & fautores, & receptores *f* eorum cum monte Albano, atque Tolosa, quæ magis extitit hæretica labo corrupta, dimittatur & concedatur, salvo per omnia catholicorum jure virorum, & mulierum, & ecclesiæ Comiti Montis fortis *g* viro strenuo, & catholico, qui plus ceteris in hoc negotio laboravit, ut eam teneat a quibus est de jure tenenda: residua vero terra, quæ non fuit a cruce signatis obtenta, custodiatur ad mandatum ecclesiæ per viros idoneos qui negotium pacis, & fidei manu teneant, & defendant, ut provideri possit unico filio Comitis prædicti *2* Tolosani, & postquam ad legitimam ætatem pervenerit, si talem se studuerit exhibere, quod in toto, vel in parte ipsi merito debat provideri, pro ut magis videbitur expedire. De negotio vero Comitis Fuxensis plenius cognoscatur, & quod æquum fuerit, judicetur, ita quod castrum Fuxense custodiæ nostræ commis-

sum pro ipso ad mandatum detineatur ecclesiæ, donec hujusmodi negotium terminetur. Ad hæc quoniam super his multæ poterunt dubitaciones *h*, & difficultates oriri, omnes ad Apostolicæ fedis judicium referantur, ne forte, quod multis est sumptibus peractum, per alicius violentiam, seu malitiam dissolvatur.

C A P U T II.

Idem in conc. Lat. constitutio IV. (3)

Excommunicamus igitur, & anathematizamus omnem hæresim extollentem se adversus hanc sanctam, orthodoxam, catholicam fidem, quam superius exposuimus, condemnantes universos hæreticos, quibuscumque nominibus censeantur, facies quidem diversas habentes, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate convenient in idipsum; damnati vero præsentibus sæcularibus potestatibus, aut eorum ballivis relinquuntur *i* animadversione debita puniendo, prius clericis a suis ordinibus degradatis, ita quod bona hujusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscetur *k*, si vero clerici, applicentur ecclesiæ, a quibus stipendia *l* perceperunt. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi juxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ propriam ignorantiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriantur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur, ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc veleti hæretici condemnentur *m*. Moneantur autem, & inducantur, & si necesse fuerit, per cens. ec. compellantur sæculi potestates, quibuscumque fungantur officiis, ut sicut reputari cupiunt, & habe-

[*1*] *Dotalium.* (*2*) *Præfari.* (*3*) *III.*

ut 45. dist. *De Judeis*. Jo. *a* Ergo ecclesia potest deponere laicum a dignitate sua, ut 17. q. 4. *Si quis deinceps*, 32. q. 5. *Preceptum*, 11. q. 1. *Nullus*, & deponitur iste pro sola negligentia, quod fieri potest, 81. dist. *Dictum*, 15. q. 5. *Alius*. *b* Sic 81. dist. *Valer.* *c* Ergo ad ecclesiam spectat jus deportandi, 17. q. 4. *Accedendum*, & 50. dist. *Acedens*. *d* Licit enim deponatur aliquis, tantum relinquendum est ei, unde ipse & sui vivant, 50. dist. *Studeat*, licet talis publica egestate laborare deberet, ut 5. q. 5. *Non omnis*. D. deponiti, *Bona fides*. *e* Quod etiam haberet viro condemnato pro hæresi. C. ad legem Julianam majestatis, *Quisquis*.

f Qui pari poena tenentur, ut C. de his, qui latr. occid. lib. 1. *g* Sed ea, quæ capiuntur in licto bello, cedunt occupanti, ut D. de acquir. ter. dominio, *Naturalem*. *q. ult.* Resp. non irimo illi cedunt, qui est Princeps exercitus, scilicet Papæ, & ille tenetur dividere inter alios secundum merita eorum, 33. q. 6. *Dicat*, & 1. dist. *Jus militare*. Joann. *b* De feudis, & beneficiis quæsitis, unde ad dominum feudi decurrentum est, ut in constitutione Federici de feudis. *i* In tribus casibus traditur clericus sæculari potestati statim post depositionem in hæresi, ut hic; & cum propter calumniam, vel contumeliam, quam fecit Episcopo, depositus est, ut 11. q. 1. *Si quis faceret*, & in crimen falsi, ut extr. 3. de fals. *Ad falsiorum*, alias licet sit clericus depositus pro crimen, adhuc ecclesia iubetur ipsum, quia adhuc secundum regulam ecclesiæ vivere debet, ut 81. dist. *Dictum*, nisi sit incorrigibilis, ut extr. 2. de judiciis, *Gum non ab homine*. Joann.

k Nota, quod bona hæreticorum confiscantur, sive habeant filios, vel agnatos, sive non, ut extr. 3. de hæret. *Vergentis*, in fin., & in hoc corrigitur lex, quæ dicit, quod bona hæreticorum ad cognatos, vel agnatos deferuntur, ut C. de hæret. authent. *Idem*: de Nestorianis tamen si reversi fuerint ad fidem, possunt priora bona eis restituiri, ut etiam Episcopatus, ut 23. q. 4. *Ipsa pietas*, & q. 7. cap. 3. & extr. 3. eod. *Vergentis*, in fin. & quilibet istis potest licite auferre sua, ut 23. q. 5. *Si vos*, & q. 7. cap. 1. melius tamen facit, si auctoritate judicis hoc facit, ut 23. q. 3. *Sex sunt*. *l* *Idem* habes extr. 1. eod. *Ad abolendum*, & si habuerit beneficia in duabus ecclesiis, illa ecclesia plus recipiat, ubi majora beneficia habuit, ut extr. 2. de testam. *Relatum*, in fin. *m* Hic viderit, quod aliquis sit condemnandus de hæresi, licet non sit violenta presumptio contra ipsum, & C. de hæret. 1. 2. & sic est contrarium extr. 3. de presumpt. cap. 1. in fin. ubi habes, quod licet vehemens sit presumptio, non est condemnandus de hæresi. Resp. vehemens presumptio non statim condemnat aliquem de hæresi, sed hoc facit, quod est procedendum contra eum, quasi contra suspectum, & licet presumptio, de qua hic agitur, primo fuerit probabilis, tum propter cursum temporis, & quia noluerunt se expurgare, & quia per annum steterunt in excommunicatione, pro convictis habentur, ut 11. q. 3. *Rufus*, & *Quicunque*. Secus tamen est in aliis criminibus; nam si bona alicuius consumacis propter crimen annotata sint, si infra annum non venit, bona devolvuntur ad fiscum, sed nulla prescriptio temporis obstat ei, quin possit probare innocentiam suam, ut D. de requirendis reis, 1. *Annus*. Sed quid est, quod hic dicit, quod hæreticus statim condemnandus est, nonne hæreticus sapientissime etiam admonendus est, ut resipiscat? Ut 1. q. 7. *Convenientibus*, sed nullum est contrarium, quia licet sit condemnatus, tamen est admonendus, ut resipiscat. Sed * quod legitur 24. q. 1. *Quæ damus*, quod post admonitionem est vitandus; verum * *Secundum* est

haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publice juramentum, quod de terris sua jurisdictioni subjectis univerlos hæreticos ab ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo, quandocumque quis fuerit in potestatem, sive perpetuam, sive temporalem assumptus, hoc teneatur cum juramento servare. Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab ecclesia terram suam purgare neglexerit (a) ab hæretica foeditate, per Metropolitan. & provinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur, & si satisfacere contempserit intra annum, significetur hoc summo Pontif. ut extunc ipse vassallos (b) ab ejus fidelitate denuntiet esse abolitos, & terram exponat catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis absque ultra contradictione possideant, & in fidei puritate conservent, salvo jure domini principalis, dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege servata circa eos, qui non habent dominos principales. Catholici vero, qui crucis sumpto charactere ad hæreticorum extermin. se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, quarum privilegio sunt muniti, quæ accendentibus in terra sanctæ subsidium conceduntur. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subjacere, firmiter statuentes, ut priusquam quilibet tali non fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit intra annum, extunc ipso jure sit infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad testimoniū admittantur, sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem acceda. Nullus præterea ipsis super quocumque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur; quod si forte judex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, nullatenus ejus patrocinium admittatur; si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius sint momenti, sed cum auctore damnato, damnentur, & in similibus idem præcipimus observari: si vero clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio suspendatur, ut in quo major est culpa, gravior habeatur vindicta. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententia usque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant hujusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsum-

mant tradere sepulturæ, nec eleemosynas, aut oblationes eorum percipient: alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto (c) sedis Apostolicæ speciali; similiter quilibet regulares, quibus etiam hoc infligatur, ut eorum privilegia (d) in illa dicēt non serventur, in qua tales præsumperint excessus perpetrare. Quia vero nonnulli sub specie pietatis virtutem ejus, juxta quod ait Apostolus, abnegantes, auctoritatem sibi vindicant prædicandi, cum idem Apostolus dicat: quomodo prædicabunt, nisi mittantur: omnes, qui prohibiti, vel non missi, præter auctoritatem ab Apostolica sede, vel catholico Episcopo loci subsecutam (e) publice, vel privatim prædicationis officium usurpare præsumperint, excommunicationis vinculo innodentur, & nisi quantocius respuent, alia competenti poena plectentur. Adiiciimus tamen, ut quilibet Episcopus, vel Archiepiscopus per se, vel Archidiaconum suum, vel alias idoneas personas bis, aut saltem semel in anno, propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres, vel plures boni viros testimonii, vel etiam si expedire videbitur, totam vicinam (e) jurare compellat; quod si quis ibidem hæreticos sciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu a communione conversatione fidelium vita, & moribus dissidentes, Episcopo eos studeat indicare, ipse autem Episcopus ad præsentiam suam convocet accusatos, qui nisi se ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam, in pristinam fuerint lapsi perfidiam, canonice puniantur. Si qui vero ex eis juramentum obstinatione damnabili respuentes, jurare forte noluerint, ex hoc ipso tamquam hæretici reputentur. Volumus, & mandamus, & in virtute obedientiae præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per dicēt, suas diligenter invigilent, si canonicam volunt effugere ultionem: si quis enim Episcopus super expurgando de sua dicēt, hæreticæ pravitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certis indiciis (f) apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit, & possit hæreticam confundere pravitatem.

T I T U L U S VI.

DE HOMICIDIO CASUALI, SEU

VOLUNTARIO.

C A P U T I.

Innoc. III.

Petrus diaconus, & monachus Sancti Joann. cap. 17. de homicid. nis

(1) *Suseptam*, Gregor. IX.

est in hoc, quod non sunt ei secreta fidei nostræ exponenda, ne eum astutiorē faciamus, ut 43. dist. In mandatis. Joann. a Vide, quod judex nolens facere iustitiam, facit item suam, & 23. q. 2. Dominus noster, & q. 5. Administratores, & 3. q. 7. Qui sine, & in auth. coll. 9. ut differentes judices, §. penult. & ult. & 2. q. 7. Sicut. b Sic ergo Papa potest omnes judices, sive Duces, sive Comites deponere propter hæresim, & etiam propter alias iniquitates, ut 15. q. 7. Alius, nam & transfert dignitatem de loco ad locum, ut extr. 3. de electi. Venerabilem. Joann. c Licet Episcopus non possit ipsum restituere sine auctoritate Papæ; tandem solus potest ipsum reconciliare ecclesiæ, ut extr. 1. eod. Ad abolendam, §. Qui vero, licet olim fecerit esset, ut 1. q. 7. Si quis Episcopus. d Nam in hoc casu nullus exemptus se potest tueri suo privilegio, quin possit excommunicari ab Episcopo loci, ut extr. 1. eod. Ad abolendam, in fin. Utrum autem exempti possint a suis Episcopis puniri, si deliquerint, plene notavi 6. q. 3. Placuit.

e Arg. quod universitas prestabit sacramentum calumniæ. Item arg. quod infames personæ admittuntur ad denunciandum, quia vix potest esse, quin aliquis sit infamis ex eis. Quid juris de hoc sit, dixi 2. q. 1. Si peccaverit. f Nota, per indicia probari crimen, & 2. q. 8. Sciant, & 32. q. 1. Dixit, sic & alias probatur

nis de Puna (1) sua nobis insinuatione monstravit, quod cum in sæculari ipsum habitu constitutum in ecclesia de Riglo (2) quoddam beneficium obtinenter Abbas ipsius ecclesiæ illum eodem beneficio spoliasset. Cognati, & amici ejus Abbatii saepius supplicarunt, ut beneficium restitueret sibi (a) memoratum; quo nolente ipsorum precibus acquiescere, irati plurimum, & commoti, nocte quadam in domo diaconi convenerunt, & cœna facta dicebant, quod vindictam volabant sumere de Abbatem. Inhibiti autem expresse ab eodem diacono, ne Abbatem occiderent, vel aliquid sibi facerent, unde ordinis sui discriminem incurreret, & animæ detrimentum; nihilominus in eum irruerunt, & plagiis impositis abierunt semi-vivo relicto, unde post dies aliquot expiravit. Ab illo autem tempore usque hodie prædictus diaconus de hoc, quod contigerat, tristis effectus ab administratione cessavit, & nondum explero biennio habitum induit monachalem; unde a nobis suppliciter petiit edoceri, utrum posset in officio diaconi ministrare, & si hoc ei liceret, an posset (3) promoveri ad majorem ordinem. Licet autem, si præmissis veritas suffragatur, præfatus diaconus super Abbatis interitu (4) non videatur esse culpabilis, quia tamen bonarum mentium est, ibi culpam cognoscere (5), ubi culpa non est, quod ab administratione officii propria voluntate se suspendit, vel habitum induit regularem, sibi non ad peccatum adscribimus, sed ad meritum reputamus. Quocirca frat. v. per Apostolica scripta mandamus, quatenus si præmissa noveris veritate subnixa, saepidetur diaconum non solum in diaconatus officio ministrare, sed etiam ad ordinem presbyteratus accedere, si aliud canonicum non obliterit, libere (6) concedas auctoritate Apostolica facultatem, præfertim si super hoc non fuerit similiter respersus infamia, cum ei non debeat imputari, quod contra prohibitio[n]em (b) ejus expressam, eo causam, vel occasio[n]em (c) non dante, ausu sacrilego, proponitis ab ejus consanguineis attemptatum.

C A P U T II.

Idem Abbatii Sanctæ Trinitatis de Maleeon.
e. 18. c. 1. **S**ignificasti nobis per litteras tuas, quod cum quidam maleficus ingressus ecclesiam de Brusio (7), Dei timore postposito, eucharistiam, cum altarium ornamentis, & libris ecclesiasticis extra ecclesiam asportasset, dilectus filius Laurentius presbyter ecclesiæ lator præsentium, regularis canonicus, quem in prædicta (8) ecclesia de Brucio (9) institueras capellanum, præfatum

iniquitatis filium fessorio arrepto percussit; sed si ad mortem fuit iectus hujusmodi, tu, & ipse penitus ignoraris. Cum autem parochiani ecclesiæ memoratae audirent prædictum maleficum ornameta ecclesiæ asportantem, ipsum arreptis gladiis, & fustibus in eodem loco protinus occidentur. Prædictus (10) vero Laurentius de sua salute præcogitans evoluto anno sub titulo confessionis rei ordinem tibi revelavit, pro quo nobis humiliter supplicasti, ut cum eo misericorditer age dignaremur. Licet autem continetur in canonе (d), quod si quattuor homines, aut quinque, vel plures contra hominem unum rixati fuerint, & ab his mortuus fuerit vulneratus, quicumque illorum ei plagam imposuerit, homicida, secundum statuta canonum, judicetur. Quia tamen in alio canonе (e) dicitur de presbytero, qui diaconum equitantem percussit, & ipse cadens ex equo cervice fracta interiit, quod si non ad mortem percussus est, incaute agente presbytero, competens pœnitentia est indicenda, ita quod aliquanto tempore a missarum suspensi solemnis denuo ad sacerdotale officium revertatur, quod non (11), veraciter qualicumque percussione presbyteri mortuus est diaconus, nulla ratione more sacerdotis permittendus est ministrare, etiam si voluntatem non habuerint occidendi. Nos in præmisso casu credimus distinguendum, utrum constare possit, quod præfatus sacerdos non inflxit (12) percussione letalem, de qua videlicet, si aliorum vulnera non fuissent subsecuta, percussus minime interiisset: quod si percussor voluntatem non habuerit occidendi, nec ipsius studio (f), vel consilio, vel mandato procererint alii contra illum, & quidem si hoc ita se habet, quod forsan ex eo posset ostendi, si certa apparuerit percussio a eodem inficta, tam modica, & tam levis in ea corporis parte, in qua quis de levi percuti non solet ad mortem, ut peritorum judicio medicorum talis percussio aspereretur non fuisse letalis. Cum de ceteris credendum sit ipsi sacerdoti, qui non accusatur, vel denuntiatur ab aliquo, sed per se ipsum de sua salute sollicitus, consilium appetit salutare, post pœnitentiam eidem ad cautelam injunctam, in sacerdotali poterit officio ministrare, religionis accedente favore, cum sit canonicus regularis, & sine omni scandalo possit sacerdotale officium exercere (13). Quod si discerni (g) non possit, ex cuius iectu percussus interiit, in hoc dubio tamquam homicida debet haberi, tunc sacerdos, & si forsan (14) homicida non sit, a sacerdotali officio abstinere, cum in hoc casu cese-

fare

- [1] *Prima*, *Prina*, forte. [2] *Regulo*.
[3] *Possit*. [4] *Morte*. [5] *Agnoscere*.
[6] *Obstet*, *liberam*. [7] *Briscio*.

- (8) *Præfata*. [9] *Breſeo*, al. *Brusejo*,
[10] *Præfatus*. (11) *Si*. (12) *Infixit*,
(13) *Celebrare*. (14) *Forte*.

* *Dummo*. ^a Vide sup. 5. dist. *Ad eus*. ^b Immo si non prohibuisset de causa *, non dedit consilium, non tenetur, ut 1. q. 4. *Quia*. Secundo dico, quod de * voluntate aliquis se debet expurgare, licet sit arg. ad hoc 2. q. 5. *Quia*. C. de fide instr. 1. ult. C. de his, qui ad eccles. coniug. *Præfenti*,
c Non intelligas hoc ita largo, ne obstet 23. q. 5. *Cum homo*, & cap. *De occidendis*. Joann.
d 23. q. ult. cap. ult. e 1. dist. *Studeat*. f Idest, qualicumque exhortatione, ut sup. de excessu præl.
Ex litteris, lib. 3. Joann. g Eandem distinctionem ponit lex. D. ad legem Aquiliam. *Item Mela*, §. Sed si plures. Sed in hoc est diversitas, quod si minus primus percussit, si postea alter occidit, primus non tenetur, nisi de vulnero secundum leges, sed non tenetur tamquam homicida, ut D. ad legem Aquiliam *Huius scri-*

ptu-

fare sit tutius, quam temere celebrare, pro eo, quod in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum timeatur. Utrum autem de illis sit simile sentiendum, quorum unus, sed quis omnino nescitur, homicidium perpetravit, si forsan ad sacros ordines recipiendos praesententur, utrum omnes (a) sint pariter repellendi, cum discerni non possit, qui debeant inculpabiles judicari, diligens investigator advertat, quamvis hic casus sit ab illo valde diversus. Si vero, quemadmodum perhibetur, sacerdos iste prius ab illo percussus sacrilego, mox eum cum ligone in capite repercutit, quavis vim vi repellere (b) omnes leges, & omnia jura permittant, quia tamen id debet fieri cum moderamine (c) inculpatæ tutelæ, non ad sumendum vindictam, sed ad injuriam propulsandam, non videtur idem sacerdos a poena homicidii penitus excusatus (1), cum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod cum grave sit, non solet levem plagam inferre, tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu quis solet letaliter laedi, maxime cum secundum vulgare proverbium afferatur, quod qui ferit primo, ferit tangendo, qui ferit secundo, ferit dolendo. Unde pensatis omniabus ei creditur expedire, ut cum humilitate abstineat a sacerdotali officio exequendo.

C A P U T III.

Idem.

TUA nos duxit fraternitas consulendos, & infra. Tertio quæsivisti Apostolicæ sedis responso explicari, quid sit de quadam monacho sentiendum, qui credens se quandam mulierem a gutturis tumore curare, ut chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit, & cum tumor ille aliquantulum resedisset, monachus ipse mulieri præcepit, ne se vento exponeret ullo modo, ne forte ventus gutturis apertione intrans, sibi causam mortis inferret. Sed mulier ejus mandato contempto, dum messes colligeret, vento se exposuit incaute, & sic per apertione gutturis sanguis multus effluxit, & mulier diem finivit extremum (2). Quæ tamen confessa est, quod quia vento exposuit semetipsam, sibi dederat cau-

Tom. IV.(1) *Excusari.* (2) *Ultimum.**pture, &c. I. Item Mela, §. Celsus, secus secundum canones, ut hic.*

b Sup. de appell. Significaverunt, lib. 1. c Si tamen defendens ex proposito non excedit modum, non tenetur, 23. q. 3. Non inferenda. D. ad legem Aquiliam, Si ex plagiis, §. primo, sicut nec excommunicatum dico, quod excedendo modum repercutiat clericum, sup. de rest. spol. Olim, in fin. lib. 3. & sup. de sent. excomm. Perpendimus, lib. 2. Joann. d Sup. ne cler. vel monachi, cap. 2. e Quia imperitia attribuitur medico, sed non eventus mortalitatis, ut D. de offic. Præsid. Illicitas, sic sup. de etat. & qual. Ad aures, lib. 2. f Ex ea, quod alienum officium usurpavit, si quandoque imputetur alicui aliquid delictum; tamen quæ sequuntur ex illo, non imputantur ei. Sic 15. q. 1. Inebriaverunt, generaliter habes 50. dist. Sepe.

g Sed nonne scholaris iste potius tacere debuisset? Ut 22. q. 2. Nequis. Item nonne dictum ejus est occasio mortis illius? Ut 23. q. 5. Unum solum, in fin. sup. de excess. Prælat. Ex litteris. Item nonne promovendus abstinere debet ab omni, per quod pervenitur ad effusionem sanguinis? 50. dist. Clericum, qui. Item iste, quasi testis inductus est, quod non licet promovendo in causa fanguinis, 11. q. 1. Testimonium. Ad hoc dico, quod clericus civiliter agere potest de crimen contra laicum, ad hoc ut sit in perpetuo carcere, vel ut pecuniariiter puniatur, ut 23. q. 5. cap. 1. & sup. de Judicis. Ita, lib. 1. & si iudex ad tam accusatorem clerici durius fecerit, non tenetur clericus, sup. de judic. Postulasti, lib. eod. Arg. 25. q. 5. Unum solum, in fin. & cap. Non nos, & q. 3. Maximianus. D. de bonis libert. Qui, cum major, §. primo, & arg. D. de eviction. Si per imprudentiam. Sed in casu proposito clericus non dixit ista tamquam testis; quod ex hoc patet, quia in causa criminali præsentandi sunt testes coram judge, ut in authent. de testib. §. Quoniam. Cum ergo iste nec facto, nec præcepto, nec consilio, nec defensione fecit homicidium, non tenetur, ut 1. dist. Si quis viduam. Item non obstat sup. eod. Suscepimus, lib. 1. quia illud de perfectis loquitur prædicta, quia primi nimis præcesserunt, & in ligando, & in cardendo. Joann. b Cum tamen per ista non sit convictus de furto, non enim eo ipso est fur, qui animo furandi intravit domum, ut D. de furtis. Vulgaris, §. Qui furti. Joann.

sam mortis; utrum videlicet, cum prædictus monachus sit sacerdos, liceat ei sacerdotale officium exercere. Nos igitur fraternitati tuae taliter respondemus, quod licet ipse monachus deliquerit alienum officium usurpando, quod sibi minime congruebat (d), si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egit, & peritus erat in exercitio chirurgiae, omnemque studuit diligentiam (e), quam debuit adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium ejus accidit, adeo reprobans, quod non post satisfactionem (f) condignam cum eo misericorditer agi possit, ut divina valeat celebrare; alioquin interdicta est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore. Ad ultimum fuit ex parte tua propositum, quod quidam scholaris metuens, ne latrones in domo sua (3) essent, parvo assumpto gladio, ut ignem quæreret, de strato surrexit, & cum venisset ad ostium ignarus reperit ibi furem, qui cum scholari luctari incipiens, non solum ipsum scholarem prostravit ad terram, sed etiam pene ad mortem vulneravit eundem. Scholaris vero provocatus ab illo, vim vi incontiaenti repellens, extracto, vel extorto latronis gladio, eundem servato juris moderamine repercutit, qui perterritus fugam, quamcitius (4) potuit, maturavit. Mane itaque lucescente scholares latronem quæsiverunt eundem, qui vulneratum inventum Potestati Vicentia tradiderunt, coram quo constanter negavit, quod præmissa minima perpetrat; unde præfatus Potestas ad eundem scholarem suos nuntios destinavit, ut exponeret, si qua sciret de fure prædicto, vel traderet intersigna, qui cultrum, quod ipse (5) latroni abstulerat, & sorulares ab eodem in ipsius domo dimisso, quos abstraxerat sibi, ne pedum strepitus audiretur, nuptiis tradidit [g] memoratis, super eodem facto se nihil amplius intromittens. Potestas igitur receptis talibus intersignis, latronem ipsum apparitoribus suis tradidit puniendum (h), qui sibi amputaverunt virilia, & oculos eruerunt; latro vero se ad quoddam cœnobium transtulit, & ibi per triduum ira, & dolore commotus, nec potum sumpsis, neque cibum, & sic de medio est subtractus. Un-

R. r. r. r. de(3) *Hospitio suo.* (4) *Cito.* (5) *Ipsi.**a Quæsto est Dominicalis.*

de per nostrum postulas oraculum edoceri, utrum præfatus scholaris ad sacros ordines valeat promoveri. Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod si præfatus scholaris dignis meritis adjuvatur, propter præscriptum eventum a susceptione sacrorum ordinum nullatenus est arcendus.

C A P U T IV.

Idem Priori, & fratribus Cartusiensibus.

c. 20. e. t. **S**icut ex litterarum vestiarum tenore nobis innotuit (1), cum quidam presbyter vestri ordinis, qui prius fuit [2] niger monachus, quandam mulierem prægnantem, cum qua contraxerat consuetudinem in honestam, & quæ asserebat se concepisse, ex (3) eo, quod per zonam arripuerit quasi ludens, ipsa postmodum mulier sic asserit ex eo se fore læsam, quod occasione hujusmodi abortivit, propter quod idem presbyter, proborum virorum usus consilio, se ipsum duxit ab altaris ministerio sequestrandum; quare nobis humiliter supplicasti, ut cum eo misericorditer agere dignare nur. Nos vero devot. 4 velstræ insinuatione præl. respondeamus, quod si nondum erat vivificatus (a) conceptus, poterit ministrare, alioquin debet ab altaris ministerio abstinere.

T I T U L U S VII.

D E U S U R I S.

C A P U T I.

Idem electo V. de Octonen.

c. 16. de u. sur. **S**Alubriter, & infra. Sane generum ad fructus possessionum, quæ sibi sunt a sacerdo pro numerata dote pignori obligatae, computandos in fortē, non credimus compellendum, cum fre-

quenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii [b] supportanda.

C A P U T II.

Idem Episcopo Bon.

Michael laicus sua nobis querimonia de c. 17. eod. stinavit, quod N. & quidam alii Bon. cives multa extorserunt ab eodem 5, & a patre suo, cuius heres existit, nomine usurarum, & infra. Attentius prouisurus, ne auctoritate nostra in negotio eodem procedas, nisi dictus conque-rens restituerit, vel adhuc restituat, si quas aliquando ipse, vel pater c) ejus extorsit usurias.

C A P U T III.

Idem in conc. Later. const. LXVII. 6)

Quanto amplius Christiana religio ab exactione compellitur usurarum, tanto gravius super his Judæorum perfidia insolefecit, ita quod brevi tempore Christianorum exauriuntur facultates. Volentes igitur in hac parte prospicere Christianis, ne tenaciter aggraventur, synodali decreto statuimus, ut si de cetero quaquam praetextu Judæi a Christianis graves, & immoderatas usurias extorserunt, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato gravamine satisficerint competenter. Unde Christiani, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellantur ab eorum commerciis (d) abstinere. Præcipimus autem, & injungimus, ut propter hoc non sint Christiani infesti, sed potius a tanto gravamine studeant prohibere Judæos. Hac eadem pena Judæos decernimus compellendos ad satisfaciendum ecclesiis pro decimis, & oblationibus debitis

[1] *Percepimus.* (2) *Fuerat.* (3) *Ab.*

(4) *Discretioni.* (5) *Eo.* (6) *LXVIII.*

a Sup. 2. q. 5. *Consulisti*, contra. Sed illud intelligendum est, cum puerium est formatum, ut 32. q. 2. *Moisei*, & cap. *Quod vero*. Similiter distinguit lex, D. de pénis. *Si quis, §. Qui abortionis;* tamen licet talis non teneatur lege canonica, vel etiam lege Mosaica, teneretur tamen lege Cornelia de sicariis, l. *Si mulierem,* & etiam lege Aquilia, ut D. ad legem Aquiliam. *Si servus, §. Si mulier.* Item si venena sterilitatis procuraret, homicida judicatur, ut sup. eod. cap ult. lib. eod. & Sic C. de jure dotium, *Pro oneribus.* Ad hoc autem, ut maritus lucretur fructus rei dotalis, requiritur, quod sustineat onera matrimonii, ut D. de doli except. *Pater*, in princ. Item oportet, quod sit ei tradita possessio rei dotalis. D. soluto matrim. *De divisione.* Fructus etiam ante matrimonium percepti mulieri restituentur, nec cedunt lucro viri. D. de usuris, *Videamus,* §. antepenult. Similiter fructus, & fetus pecudum dotalium lucro mariti sunt, ut D. eod. *Plerumque*, §. primo. Idem est in fundo creditodino, vel argentifodino, ut D. soluto matrim. *Divortio*, §. *Si vir in fundo:* secus tamen est in fetu ancillarum dotalium, qui non cedit lucro mariti. D. de jure dotium, *Plerumq.* §. *Servi.* Item secus in lapidinis, ubi lapis non recrescit, & in arboribus non cedujis, ut D. soluto matr. *Divortio*, §. *Si fundus,* & duobus sequentibus. Item fallit hæc generalis regula, quod cuius est enolumentum, ejus debet esse periculum, nam licet ad vi um spectet enolumentum rei dotalis, non tamen periculum, vel evictio, ut D. de jure doti. *Plerumque*, in princ. & §. primo, & C. eod. l. prima: tamen cum distinctione, an res in dotem datæ sint estimatae an non, ut ibi distinguitur. Hoc verum est nisi res dotalis consistat in pondere, numero, vel mensura, nam talium particularum spectat ad virum. D. eod. *Res in dotem.* Sed obicitur, si fructus cedunt lucro mariti, quare ergo restituantur † lucri causa tam viro, quam uxori? Ut sup. de date post divort. restit. cap. ult. sed ibi solvit. Hic ergo hic casum, in quo usura toleratur; alios casus notavi 14. q. 3. in summa. Joann. c *Cum enim ex persona patris agat, ipsum defendere tenerit.* D. de regul. juris. *Ex qua persona,* & D. de procurator. *Servum*, §. penult. Sed pose, quod non agatur ex persona patris, numquid si perat usurias, potest excipi contra eum, quod pater, vel avus eius sumptus usurias? Videtur, quod sic, quia repetuntur, & a filio, & ab herede extraneo usura patri datæ, ut supra eod. *Tua*, lib. 1. etiam si nihil pervenerit ad filium; nam secundum canones agitur contra heredem raptoris, etsi nihil ad eum pervenerit, ut 16. q. 6. *Si Episcopum*, 12. q. 2. *Episcopus, qui mancipavit*, sup. de raptor. *Litteras*, lib. 1. Ergo si agere potest, multo magis excipere, quod concedo, neque enim convenitur hæres ex quasi maleficio, sed potius ex quasi contractu ratione debiti * soluti, ut initio, de obligation. quæ ex quasi contractu †, inde est, quod in heredem datur. Sed numquid repellere potest aliquis, si nomine alieno sumptus usurias? Quod videtur, ut 46. dist. *Sicut non suo.* Sed hoc non videtur, cum in suam utilitatem nihil versum est. Sed quid si ille, contra quem talis exceptio proponitur, non sit solvendo; numquid adhuc repellere potest per talam exceptionem? Videtur, quod non, dum tamen præstet cautionem, quod restitutus usurias, cum potest; nam & spoliator restituitur, ut possit alius restituere, quod accepit, sup. de rest. spol. *Olim*, lib. eod, nam ubi quis non potest in præsenti solvere, admittitur fidejussor, & sic dicitur satisfactum. D. de re jud. l. 4. §. *Ait Praetor*, E contra videatur, quod non, quia aliud est restituere usurias, aliud satisfacere de usuris, ut C. de pignor. vel hypothecis solvend. *Item*, §. primo. Dico, quod in hoc casu sufficit satisfacere argumento dictæ legis. Joann. # *Idem habes extr. 3. de usuris, Post miserabilem.*

* Indebiti,
forte.

ris, quæ Christianis de domibus aliis percipere contineverint, antequam ad Judæos quoquo titulo devenient, ut sic ecclesiæ conserventur indemnes.

TITULUS VIII. DE CRIMINE FALSI.

CAPUT I.

Idem in registro.

c. 8. de cri-
min. falsi.

Accedens, & infra. Fr. t. per Ap. sed. mandamus, quatenus, si prædictæ (1) litteræ, in quibus fuerat falsitas deprehensa, formam de simplici justitia habeant, cum præsumi: (a) non debat, quod pro talibus litteris, quæ de facili possunt a quibuslibet detineri, fraudem commiserit falsitatis, neque litteris (b) usus est, postquam falsas eas esse cognovit, tu et officium, & beneficium restituas, & eū super hoc ulterius non molestes (c).

CAPUT II.

Idem in registro Episcopo Jun. [2]

Ex conscientia, & infra. Verum nos litteras ipsas, quæ redargutæ fuerant falsitatis, diligentius intuentes, nullum in eis signum falsitatis, vel suspicionis invenimus, nisi paucarum literarum rasuras (d), quæ nequaquam sapientis animum (e) in dubitationem vertere debuerunt (3); unde si vobis costiterit prædictum R. se obligare sub periculo causæ (f), quod illas falsas esse probaret, cum quilibet ad renuntiandum (g) juri suo liberam habeat facultatem, ipsi R. super prædicta (4) ecclesia silentium imponatis (5).

TITULUS IX.

DE CLERICO EXCOMMUNICATO MINISTRANTE.

CAPUT I.

*Idem Decano, & sub-decano Pictaven. & ma-
gistro P. amico de Longovado canonico
Pictagoricen. (6)*

c. 8. de cler.
excomm.

Proposuit olim dilectus fil. magister P. cleri-

cus ven. fr. n. Episcopi Tusculani coram dil. fil. P. sanctæ Luciæ ad septa sol. diacono Cardinali, quem sibi, & poenitentiario Lemovicen. (7) concessimus auditorem, quod dil. fil. G. sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali in partibus illis Ap. sed. legationis officio fungente quidam de Lemovicen. canonici ei humiliiter supplicarunt, ut in eorum ecclesia, quæ debito fraudabatur servitio clericorum, canonicos (8) ordinaret pro se, ac magistro eodem scriptore nostro preces specialiter porrigitentes; ipse vero Lemovicen. (9) civitatem ingressus canonicos interpositis precibus monuit, ut illos reciperent in socios (10), & in fratres, maxime cum v. præbendæ, vel quatuor ab ultima ipsius ecclesiæ ordinatione vacarent, qui monitione ipsa devote suscepta, deliberationis industrias petierunt, post quas primo, & secundo concessas non curantibus (h) respondere, de duabus præbendis (11) Lemovicen. ecclesiæ Cardinalis prædictus eosdem clericos investivit, & infra. Si vero probaret (12) ipsum excommunicatum tunc temporis extitisse, non postponerent quod de ipso factum fuerat revocare, qui (13) mandatum Apostolicum exequentes, utriusque partis receptis testibus (i), rationibus (k) (14), & allegationibus intellectis, eamdem causam sufficienter instructam ad nostrum remiserunt examen. Cum autem propter hoc tam sapientius (15) magister, quam poenitentiarius (l) (16) in nostra fuissent præsentia constituti, & acta ipsa inspici fecerimus (17) diligenter, & per poenitentiarii testes intellexerimus factam fidem, quod W. fr. noster Lemovicen. Episcopus pluribus annis, antequam magister P. fuerit investitus, & clericos, & burgenses castri Lemovicen. contra (18) eundem P. nominatim, quem eorum dicebat consiliarium, & fautorum, vinculo excommunicationis astrinxit, per testes vero magistri P. probatur, quod & sed dictus Episcopus in burgenses, & eorum fautores,

R r r r 2 tam

(12) Probarent. (13) Quod. (14) Et confes-
sionibus. (15) Sapientius. (16) Quam dil. fil. G.
Lem. cap. Procurator. (17) Fecissimus.

(18) Et.

^a Nota, quod non præsumuntur litteræ falsæ, quæ sunt de simplici justitia; & quia de facili possunt haberi sicut non præsumitur, quod in re modica dolose agatur, D. de dolo. ^b Si oleum, §. ult. unde si aliquis suggererit falsum in litteris, quæ sunt de simplici justitia, non tamen statim præsumendæ sunt falsæ, nisi probetur, quod ex certa scientia suggerit falsum, quia qui allegat, ex certa scientia falsum suggestum, dolum allegat; sed dolus est ex perspicuis insidiis probandus C. de dolo, Dolum. Si tamen alter vult probare ignorantiam, auditur. Sed qualiter eam probabit? Juramento solo, ut sup. de sent. excomm. Super eo. lib. 1. 24. q. 2. In lectum. Sed pone, quod aliquis falsum affirmet circa rem propriam, cuius notitiam habuerit; tunc præsumuntur primo contra ipsum, quia non præsumitur quis ignorare statum propriæ rei. C. de rescind. vend. Quisquis. Hoc concedo, sed illam præsumptionem elidit hæc præsumptio, quia non præsumitur dolum commissum circa litteras, quæ de facili habentur, ut hic dicitur, ita sèpe una præsumptio elidit alteram circa idem factum, ut D. de in integr. restit. Divus, & 57. dist. Si quis.

^b Sic sup. de excess. præl. Inter, lib. 3. Arg. contra, sup. de falsis. Ad falsiorum, lib. 3. Sed ita * loqui-
tur in illis litteris, quæ non de facili habentur. ^c Arg. sup. 19. dist. In memoria, & prima dist. Si Episco-
pus. Joann. ^d Non in narratione facti, quia ex hoc nulla esset suspicio, sup. de fide instrum. Ex litteris,
lib. 2. & intelligas, quando per rasuram non fuit facta ambiguitas in nomine, sup. de fide insta. Inter, lib. 3.
& licet rasura litteræ non alieni inducat suspicionem, secus tamen est in cassatura litteræ: sup. de privileg.
Cum olim, lib. 3. Joann. ^e Modica suspicio non debet immurare animum sapientis; sic nec modicum do-
num sup. de simonia, Et si questiones, 1. q. 1. Judices. D. de off. Præsidis, Plebiscita, sic D. de ventre inspic.
1. t. in fine. Joann. ^f Sic sup. de electione, Cum dilectus, in fine, lib. 3. ^g Sup. de foro compet. Si
diligenti. Joann. ^h Unde eo ipso se videntur fecisse alienos ab electione, sup. de elect. Quod sicut, & Cum
nobis, lib. 3. ⁱ Et idem in dubio admittrebatur, quia dicebat se non esse excommunicatum, sup. de sent.
excomm. Per tuas, lib. 3. & ita cum aliquis dicte alium excommunicatum, & ille dicit se absolvitum, utriusque
testes audiuntur, & est simile sup. de præscr. Illud, lib. 2. sup. de testibus Cum tu, sup. de rescind.
vend. cap. 1. lib. eod. Joann. ^k Hæc ratio non sufficit ad absolutionem probandam, ut sup. de sent. ex-
comm. Cum desideres, lib. 2. Sed est quædam præsumptio, ut 11. q. 3. Quibus Episcopi, 93. dist. Si inimicus. ^l Sic
sup.

tam clericus, quam laicos Lemovicen. excommunicationis sententiam protulisset, eos tamen ante per tres annos absolvit, quam (1) magister fuerit investitus, quibusdam presbyteris usque ad certum tempus in excommunicatione retentis, qui contra sententiam interdicti presumperant celebrare, quodque idem Episcopus dicto (2) magistro communicavit postea in ecclesia, & in mensa. His igitur, & aliis, quæ utraque pars proposuit coram nobis, intellectis, quia juxta mandati nostri tenorem suprascriptum (3) magistrum P. investituræ suæ tempore a predicto (4) Episcopo excommunicatū extitisse [5], dictus pœnitentiarius, sicut obtulerat, non probavit, cum ex adverso de absolutione a, & communicatione dicti Episcopi, fides fuerit facta, quod per dictum legatum de memorato magistro P. factum est, de fratribus n. consilio per diffinitivam sententiam duximus approbandum.

TITULUS X. DE EXCESSIBUS [6] PRÆLATORUM (7).

CAPUT I.

Idem in conc. Later. conf. LX.

e. 12. de excess. præl. **A**ccedentibus (8) ad nos de diversis mundi partibus Episcoporum querelis intellectimus grandes, & graves quorundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea quæ sunt Episcopalis dignitatis (b) extendunt, de causis matrimonialibus cognoscendo, injungendo publicas pœnitentias (c), concedendo indulgentiarum litteras, & similia præsumendo, unde contingit interdum, quod vilescit Episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur & in his & Episcoporum dignitatibus & Abbatum providere saluti, præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia se præsumat extendere, si proprium voluerit periculum evitare, nisi forte quicquam eorum speciali concessione, vel alia legitima causa super his valeat se tueri.

TITULUS XI. DE NOVI OPERIS NUNTIATIONE.

CAPUT I.

Idem Parisiën. Trecensi Episcopis.

CUM olim, & infra. Ceterum ex procuratoris ejusdem civitatis confessione didicimus,

(1) *Antequam dictus.* (2) *Eidem.*

(3) *Sæpedictum.* (4) *Præfato.* (5) *Fuisse.*

(6) *Executione.* (7) *Subditorum.*

post nuntiationem novi operis sibi factam supradictam fortaliciam, stagnum, & molendinum ædificasse. Quocirca vobis pr. auctoritate præcip. mandamus, quatenus vos nostra auctoritate jam dictam fortaliciam, stagnum, & molendinum a Comite 9) demolienda judicetis sub. cuius contr. & ap. ob. facientes eandem sententiam per cens. eccl. firmiter observari.

TITULUS XII. DE PRIVILEGIIS.

CAPUT I.

Idem.

Veniens ad præsentiam nostram dil. fil. Abbas sancti Martini de Pannonia, & infra. præscr. Petiit a nobis postmodum idem Abbas, & humiliter postulavit, ut W. sprim. Episcopus non impedit vel faciat impediri, quo minus omnes, qui in Sungien. (10) parochia, vel comitatu consti- stunt, de omnibus, quæ possident, decimas sibi solvant, sicut in privilegiis felic. mem. Paschalis Papæ, & sancti Regis Stephani (d) plenus con- tinetur. Præfatus vero Episcopus in nostra præ- sentia constitutus e contrario postulavit, ut decimas Simagien. 11 comitatus intra suæ dicec. terminos constitutas (12), quas detinet idem Ab- bas, sibi restitui faceremus, nisi dictus Abbas aliquo jure speciali [e] se ipsas possidere juste mon- straret; mandantes ipsum per eundem Abbatem, cum dictum comitatum visitat, in suis ecclesiis procurari, & infra. Nos autem intellectis per ven. frat. n. Ostien. Episcopum, quem partibus con- cessimus auditorem, quæ proposita fuerant coram eo, objectiones propositas ab ipso Episcopo con- tra privilegia prædictorum Paschalis Papæ, & sancti Regis Stephani, quibus (f) Abbas suffi- cienter respondit, invalidas esse decernimus, ut eis non obstant. privilegia ipsa valida reputentur, si prædicti Regis (g) authenticum tale repertum fuerit, quale nobis rescriptum ipsius sub bulla [h] Karissimi in Christo filii nostri Hungaroru[n] Regis illustris extitit præsentatum. Quantum tamen ad fundandam intentionem Abbatis proficiat, op- portuno tempore decernemus. Chrisma vero, o- leum sanctum, consecrationes altarium, seu ba- silicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, clerici ecclesiarum, vel

(8) *Accedentibus.* 9 *Communitate, for-*

te, vel civitate. (10) *Sinigien.*

11 *Sinigien.* 12 *Consistentes.*

*sup. eod. Postulasti, lib. 2. sup. de actat. & qual. Bone, lib. 2. a Sed numquid sufficit probare, quod aliquis fuerit excommunicatus, ad hoc ut debeat repelliri, si non apparet litteras absolutionis? Videtur, quod sic, ut 33. q. 1. Miratur, 8. q. 5. cap. 1. C. de probat. lib. 1. Ad hoc dico, quod sufficit probare, si prober, quod quandoque nitescit * ei ad hoc, ut debeat haberi pro absoluto, licet alias non constet de ab- solutione, vel per litteras, vel per testes nec sufficit probari, quod quandoque fuit excommunicatus, nisi pro- berur, quod tempore electionis fuerit excommunicatus; quod est bene notandum. Joann.*

b Que enumerantur 68. dist. Quorum vices episcoporum, videtur ergo, quod tantum ad Episcopum spectet cognitio matrimonialium causarum, ut 35. q. 6. Multorum, sed contra extr. 1. de consanguin. & affin. Ex litteris, extr. 2. de sent. & re jud. Tenor: ubi cognitio talis spectat ad Archipresbyterum. Sed dic, quod alii Prælati ex præscripta consuetudine possunt hanc jurisdictionem habere, ut extr. 3. de præscr. Auditio, & hoc innatur hic in fine. Joann.

c Quod solus Episcopus potest, ut 50. dist. In capite. Joann.

d Ergo Reges dant privilegia de decimis, & de rebus spiritualibus ut sup. de decimis, & oblat. cap. ult. lib. 1. & 79. dist. Si duo. Sed contra sup. de decimis, Dudum: & cap. seq. lib. eod.

e Sic sup. 100. dist. Contra morem. f Scilicet, objectionibus. g Hic fertur sententia sub condicione, licet ferri non debeat, ut 2. q. 6. §. Biduum. h Hic expresse dicitur, quod secundum privilegium debet facere mentionem primi, & sup. de off. deleg. Ex parte. Quidam tamen dicunt, aliud esse in privilegio, quam in rescripto; cum privilegium sit lex, & una lex non teneatur facere mentionem alterius prioris. Sed illud

eb-

vel (1) capellarum ipsius monasterii, quod est in Vesprin. diœcesi constitutum, a Welprinien. Epitoco postulabunt, si quidem catholicus fuerit, & gratiam sedis Apostolicæ habuerit, & ea gratis, & sine pravitate aliqua voluerit exhibere; alioquin ab alio, quem maluerint, præfule catholico suscipiendo eam liberam habeant facultatem, sicut in privilegiis (a) prædicti Palchalis, & bon. mem. Alex. Papæ prædecessorum nostrorum prospeximus contineri, non obst. privilegio fel. [2] mem. Clementis Papæ, per quod privilegiis prædecessorum tuorum non extitit derogatum, cum de ipsis nullam fecerit mentionem, præsertim cum ipse Clemens privilegium illud concesserit, salvis institutionibus non solum Rom. eccl. sed ipsius, & etiam legatorum, non obstante, præscriptione, quam idem Abbas in suum subsidium opponebat, quia si consummata erat præscriptio quando Abbas sancti Martini ab Alexandro Papa privilegium impetravit, juri præscriptio- nis renuntiassæ (b) videtur, præsertim cum coram nobis privilegio illo sit usus, quod sua intentioni (c), quantum (d) ad hunc articulum contradicit; si vero nondum consummata erat præscriptio, sed erat in præscribendo, post impre- tum hujusmodi privilegium bonam fidem non habuit, & ideo secundum canones non præscriptis.

C A P U T II. *Idem.*

Significasti nobis in nostra præsentia constitu- tus, quod quidam in tua diœcesi commorantes, eo quod in canonicorum sanctæ Crucis, & (3) aliorum privilegiatorum sunt fraternitate recepti, jura tibi Episcopalia non persolvunt: ea propter ven. in Christo f. tuis precibus annuentes, auct. tibi præf. indulgemus, ut quamdiu fratres hujusmodi moram [e] fecerint in domibus suis,

[1] Et. (2) Bon. (3) Vel. (4) Recepserint.

(5) Quæsistis. (6) Vel. [7] Præfatis.

obtinet in legibus communib, quas princeps novit, secus in legibus privatorum, quas princeps non novit, ut sup. de off. deleg. Ex parte, lib. 1. a Idem videtur, quod ab alio posset petere, si illa clausula non fuisset apposita, quia propter malitiam, vel desidiam alicujus dissolvitur jus ad illum, qui non est judex. 65. dist. Si forte, sup. de foro compet. Ex transmissa, lib. 2. b Nota, quod intelligitur renuntiassæ juri com- muni, qui privilegium impetrat sic: 100. dist. *Contra morem*, D. de separatione, l. 1. §. Illud sciendum. D. de minorib. l. Causa, in princ. D. ad municipalem. l. 1. & D. de legat. l. 1. Si quando. C. de thesauris. l. 1. Sic ut e contra utendo jure communi renuntiat privilegio, sup. de consuet. cap. ult. lib. 3. ubi simus utitur jure communi, & privilegio, nec renuntiat quis juri militum, licet utatur jure communi. D. de militari testam. l. 3. Ad idem 23. dist. *Quamquam*, in princ. & D. de privil. credit. l. antepenult. sic juri communi, & con- fuetudini aliquis innititur, 95. dist. *Olim*, sup. de censib. *Sopite*, lib. 2. Resp. hic ideo recessum est a jure communi, quia impetravit privilegium donationis, & ex diversis causis non potest haberi dominium rei, sup. de fide instr. *Inter*, lib. 3. Si impetrasset privilegium confirmationis, illud contrarium non obstarerit, quia illud operaretur jus commune. Joann. c Sic sup. de censib. *Venerabilium*, lib. 3. d Quod privilegium legis *

* Non sufficit receptio, nisi sit facta translatio plena, 21. q. 2. Si quis jam. Sicut non dicitur quis de nu- mero militum prius, quam sit inter eos. D. de militari test. Ex eod. sic miles commatu. accepto, si remanet in domo sua, non habet privilegium. D. ex quibus causis, maiores, Miles. Arg. contra D. de bonor. poss. ex test. militis. l. ult. in fin. ubi dicitur, quod privilegium militum habet, qui non pervenit ad milites.

f Sup. eod. Cum & plantare, lib. 1. g Simile sup. de sent. excomm. si vere, lib. 3.

b Sic 6. q. 2. Si tantum, & cap. seq. Arg. contra sup. de sent. excomm. Cum desideres.

i Non enim imponent aliis legem, quam ipsi servare nolunt, sup. de præbend. Pro illorum, nec tenentur alii servare privilegium, quod ille, cuius est servare, non vult, sup. de sent. excomm. In audience, lib. 2. Non ita tenetur servare privilegium illius, qui aliorum privilegium non servat, sup. de appell. An sit defe- rendum. Joann. k In temporalibus & spiritualibus qualiter interpretetur hoc verbum: „ utroque jure pos- sit ecclesia aliqua monasterio esse subjecta; licet Episcopus aliqua Episcopalia iura ibi receperit “: vide sup. de censib. Cum venerabilis, lib. 3. & dixi 16. q. 2. Viss. l Idest, ad synodus vocare (non enim im- ponet alii legem, quam ipse servare non vult, sup. de præbend. Pro illorum).

in habitu sæculari, & in ecclesiis tuis ecclesi- stica perceperint 4) sacramenta, sicut tibi prius (f) jura episcopalia solvere teneantur.

C A P U T III.

Idem Episcopo, & Capitulo Tripolitan.

PEtistis (5) per sedem Apostolicam edoceri, utrum cum per hospitalarios, & (6) tem- plarios civitas vestra generali supponitur inter- dicto, eisdem ipsum non servantibus, vos illud teneamini observare. Ad quod sic duximus re- spondemus, quod illorum excessus vobis non præ- bet licentiam excedendi, sed si prædicti (7) ho- spitalarii, vel templarii privilegiorum suorum fi- nes excederint, violando temere interdictum, quod pro illis fuerat promulgatum, ne ipsi vi- deantur de aliorum fletu ridere (g), vos in poenam præsumptionis illorum, quamdiu ipsi (h) viola- verint interdictum, de nostra licentia celebre- tis (i).

C A P U T IV.

Idem.

Quoniam sicut nobis per tuas litteras intima- c. 21. e. t. sti, per confessionem constat partis adver- sae, quod Nepelinus Episcopus episcopale jus percipit in ecclesia sancti Blasi de Flaano, ac per hoc eadem ecclesia non pertinet ad monasterium pleno jure, credimus, quod non obstante illo capitulo privilegii, quod ipsi monasterio est indultum, ut nullus Episcopus ecclesiæ utroque jure (k) il- li subiectas interdicto supponere, vel vicarium, vel 8) clericum ejusdem monasterii synoda- re [l], vel excommunicare præsumat, præfatus Episcopus possit interdicere dictam ecclesiam, & excommunicare monachum ad ejus regimen de- putatum, cum alterutrum de jure faciendum fue- rit [9]: quoniam illud capitulum intelligendum esse videtur de monachis, aut clericis in ipso mo- na-

[8] Monachum, seu. (9) Fuerat.

* Regis, forte.

naſterio permanentibus (a), vel ad ecclesiās deſti-
natās utroque jure ſibi ſubjectas (1).

C A P U T V.

Idem Archiep. Londin. (2) Ap. fed. Leg.

c. 22. eod.

Quia circa, & infra. Subſequenter etiam quæ-
ſi viſti, utrum monachi de H. [3] privile-
gium bonæ memoriarum B. (4) prædeceſſorū tuū ſu-
per Episcopatibus b) decimis retinendis (5) in-
dultum extendere valeant ad poſſeſſiones adquisi-
tas, & poſtmodum acquirendas. Super quo tale
damus reſponſum fr. tuꝝ, quod ſi decimārum
illarum remiſſio facta ſecundum canonicas fan-
ctiones exiſtit (6), prædeceſſor tuus indefinite
decimas Episcopales moſtaſterio remittendo,
cum nihil excepit (c), & poterat excepit, ac
in beneficiis plenifimma ſit [d] interpretatio adhi-
benda, neq; debeat una, eademque ſubſtantia di-
verſo jure cenſeri, intellexiſſe videtur non ſolum
de decimis poſſeſſionum illius temporis, ſed fu-
turi [e].

C A P U T VI.

Idem in conc. Later. conf. V.

c. 23. eod.

Anciua Patriarchalium ſedium privilegia
renovantes (f) ſancta universali synodo
approbante, ſancimus, ut poſt Rom. eccl. quæ
diſponente domino ſuper omnes alias ordinariæ
potestatis obtinet principatum, utpote mater u-
niverſorum Christi fidelium, & magistra, Con-
ſtantipolitana prium, Alexandrina ſecundum,
Antiochenia tertium, Hieroſolymitana quartum
locum obtineat, ſervata cuilibet propria dignita-
te, ita quod poſtquam Antiftites a Rom. Pont.
recepierint pallium, quod eſt plenitudinis offi-
cii paſtoralis, iſigne pŕaefito ſibi fidelitatis, & o-
bedientiæ juramento, licenter, & ipſi ſuis fuſtra-
ganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe pro-
fessionem canonicaſ, & pro Romana ecclie ſpo-
ſionem obedientiæ ab eisdem. Dominica ve-
ro eruciſ vexillum ante ſe faciant ubique deferri,
niſi in urbe Romana g) & ubi ſummuſ Pontiſex

præſens extiterit, aut ejus legatus utens inſigniis
Apoſtolicæ dignitatis. In omnibus autem provin-
ciis eorum jurisdictioni ſubjectis, ad eos cum ne-
ceſſe fuerit, provocetur (h), ſalviſ appellationi-
bus ad ſedem Apoſtolicam interpoſitis, quibus eſt
ab omnibus humiliter deferendum.

C A P U T VII.

Idem in eod. conf. LVII.

c. 42. eod.

Utt privilegia, quæ quibusdam religiosis per-
fonis Rom. confeſſit ecclie, permaneant
inconcuſſa, quædam in eis duximus declaranda,
ne minus ſane intellecta (i) protrahantur ad abu-
ſum, propter quæ poſſint merito revocari, qui
privilegium meretur amittere, qui permifia ſibi
abutitur potestate. Sane quibusdam regularibus
Apoſtoliſca ſedes induſlit, ut hiſ, qui fraternalitatem
eoruſ auſſumperint, ſi forte ecclie, ad quas per-
tinent, a diuinis officiis fuerint interdicta, ipſosque
mori contigerit, ecclieſtaſtica ſepulchra non nege-
tur, niſi excommunicati, vel nominatim fuerint
interdicti, ſuosque confratres, quos ecclieſarū pra-
lati apud ecclieſias ſuas non permiferint ſepeliri,
niſi excommunicati, vel interdicti fuerint nomi-
natim, ipſi ad ecclieſias ſuas deferant tumulan-
dos. Hæc autem de illis fratribus intelligimus, qui
vel adhuc manentes ſæculo eorum ordini ſunt ob-
lati, mutato habitu ſæculari (k), vel eis, qui ſua
bona dederunt inter vivos, retento ſibi, quam-
diu in ſæculo vixerint, uſufructu, qui tamen fe-
peliantur apud ipſorum regularium, vel aliorum
non interdictas ecclieſias, in quibus elegerint ſe-
pulchram, ne ſi de quibuslibet ipſorum fraternali-
tatem affumentibus fuerit intellectum, pro duo-
bus, aut tribus (l) denariis annuatim ſibi collatis
diſſolvatur pariter, & vilescat ecclieſtaſtica diſci-
plina, certam tamen & ipſi obtineant remiſſio-
nem a ſede Apoſtoliſca ſibi confeſſam. Illud etiam
quod hujusmodi regularibus eſt indultum, ut ſi
qui fratrum ſuorum, qui ab eis miſſi fuerint ad re-
cipiendas fraternalitates, ſive collectas, in quamli-
bet

[1] Subjectis. (2) Lugoven. (3) Omnim
sanctorum. (4) G. (5) Detinendis. (6) Extitit.

a Similis interpretatio 17. q. 1. Generaliter, ſic ſup. de verbor. ſign. Abbate, in fin. & ita licet persona ſit
exempta, tamen ratione rei non exempli, quam poſſidet, eſt ſubjecta, ſup. eod. Cum capella, lib. 3. Joann.

b De quibus loquitur 12. q. 2. Vobis, confeſſo. c Supra de jure patron. Ex litteris, lib. 1. ſup. de reſcr. Olim, lib. 3. d Plenifimmo jure, ut patet ex pŕaefiſis. e Arg. quod in privilegiis verbum generale ad
 futura extenditur, ut 12. q. 2. Cognovimus, ſup. de decim. Ex parte, lib. 3. C. quæ res pign. oblig. poſt. l.

ult. D. de ſervit. urban. pŕaef. Si ſervitus, arg. contr. ſup. de censib. Quando, lib. 2. ſup. de decim. Tuam*, lib. eod. & ſup. eod. Cum capella, lib. 3. D. de contrah. empt. In lege, & l. Rutſlia. D. de damno infecto.

Damni, §. 2. Sed hic ideo contra dantem fit interpretatio, ne ex cognita * fraude obvient * liberalitati ſuꝝ,

ut 16. q. 2. Viſis. C. de donat. Si quis argentum, §. ult. fecus ſi certa ponuntur, in eo caſu non extenditur

ad alia, ut ſup. eod. cap. ult. lib. 1. Sed ubi generale nomen ponitur, ſempre extenditur ad omnia appella-
ta *, ſup. de decim. Ex multiplici, lib. 1. Si autem quæ poſtretorqueri ad ius commune, ſicut ad privile-
giū, potius interpretandum ſecundum ius commune, ut ſup. de conſuſer. cap. ult. lib. 3. ſic enim eſt inter-
pretatio facienda, ut neinī ſit onerosa, ſup. de teſtib. Cum tu, & ut non ſit captiosa, ſup. de reg. juris,

Quotiens, & ut ſempre contra illum interpretatio fiat, qui legem potuit apertius dicere. D. de paſtis, Veteri-
bus, & ut fiat ſecundum communem modum loquendi, ut ſup. de ſponsal. Ex litteris, nam conſuetudo in-
terpretatur vocem, ſup. de verbor. ſign. Abbate, & ut ſempre in tutiorem partem fiat interpretatio, ſup. de

ſponsal. Juvenis, ſup. de reg. juris, Eſtote. Si neutra eſt turior, ſunc in benigniore, ut 9. diſt. cap. ult. D.

de reb. dubiis, Curs in teſtamento. f Idem habes 22. diſt. Renovantes. g Arg. quod minor iudex non

poſt exerceſt jurisdictionem ſuam poſtente ſuo majore iudice, ut 21. diſt. Denique, & D. de off. Procons. l.

ult. Arg. contra 11. q. 1. Peruenit, 95. diſt. Eccleſ. C. de donat. In hac. h Hoc eſt privilegium ipſius,

quod omiſſis mediis poſt appellaſi ad iſipsum, ut hic inuitur, & 11. q. 1. Si clericus, & ſic intellegitur,

quod dicit Imperator, quod habet ſimiſia privilegia cum Romana ecclie, ut in authent. de eccl. titul. in

princ. & 62. diſt. Moſ. i Qui aſtute interpretatur privilegia, infamis efficitur, ut C. de legib. & conſ.

I. 2. Joann. k Non intellige, quod induant monachalem habitum, ſed quod habitus non ſit ita diſſolutus,

ut ſæcularis, ſic extr. 3. de regul. Conſulti. Qualis habitus matrimonialis dicitur 33. q. 5. Quod Deo, & talis lar-
go nomine poſt diei ecclieſtaſtica persona, ut 27. q. 1. Ut lex, 12. q. 1. Duo,

l Quid ſi medietatem bonorum dederint, numquid tunc dicendi ſunt fratres? Non, niſi majorem partem,

ut

pet civitatem, vel castellum, vel vicum advenient, si forte locus a divinis sit officiis interdictus in eorum jocundo adventu, semel in anno aperiunt ecclesiae, ut exclusis excommunicatis divina ibi officia celebrentur: sic intelligi volumus quo in eadem civitate, aut castro, vel villa unantum ecclesia ejusdem ordinis fratribus semel, ut dictum est, aperiatur in anno. Quia licet pluraliter [a] dictum est, quod in eorum jocundo adventu ecclesiae aperiuntur, non tamen ad ecclesias ejusdem loci, quas visitarent, sed praeiorum coniunctim referendus est intellectus, ne si hoc modo singulas ejusdem loci visitarent ecclesias, nimium vilipendi contingere sententiam interdicti. Qui vero contra declarationes praeictas quicquam sibi presumperint usurpare, gravi subjaceant disciplinae.

C A P U T VIII.

Idem in ead. const. III. (z)

^{c. 25. e. t.} **Q**uod nonnullis est religiosis indulatum in favorem pontificalis officii, ad Episcopos extendendum concedimus, ut cum commune terrae [b] fuerit interdictum, excommunicatis, & interdictis exclusis, possit quandoque [c] januis clausis, suppressa voce, non pulsatis campanis, divina officia celebrare, nisi ipsum hoc illis expresse fuerit interdictum. Verum hoc illi concedimus, qui causam aliquam non praefliterit interdicto, nec quidquam fraudis ingellerint, tale compendium ad iniquum dispensum protrahentes.

T I T U L U S XIII.

D E P E N I S.

C A P U T I.

Idem.

^{c. 10. de poenis.} **A**daures nostri Apostolatus pervenit, quod quidam parochiani tui ausu diabolico bon. mem. Joannem quondam Vincentinum Episcopum prædecessorem tuum nequiter peremissent, feuda, & beneficia [d], quæ illi a Vincentina ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerant cum multa deliberatione sublata. Quia igitur majori [z] fuit animadversione plectendi, nos bon. mem. C. Papæ prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, tam tibi, quam successoribus tuis auctoritate Apostolica prohibemus [3], ne ipsis, aut haeredibus eorum prædicta beneficia restituantur.

(1) *LXVIII.* (2) *Majores.* (3) *Præcipimus.*

* *Suos.* ut D. de contr. empt. In modicis. Joann. a Nota, quod pluralis locutio non infert suas * singulares, arg. contra extr. 3. de prob. Cum jam dudum, extr. de appell. Significavit, in sua. & D. de condic. & demonstr. Falsa. Joann. b Interpretationem illius verbi habes extr. 3. de verb. sign. *Cum in partibus.* Joann.

c Per hoc videtur, quod sèpius possent, quam semel in anno, ut in hoc maius sit ipsorum privilegium, quam præcedentium. Numquid canonici tunc poterunt interesse? Non: ne per hoc vilescat rigor, ut sup. cap. prox. Joann. d Immo omnia beneficia * eorum adjudicantur ecclesiae, cui est ignominia facta, 17. q. 4. Si quis d'inceps. Sed si duos Episcopos interficerent, alia poena adiicitur, ut 25. q. 2. Ita nos. Item alia poena statuitur contra quoddam imperfectores clericorum, ut infra cap. prox. e Sic extr. 1. de appell. Reprehensibilis. f Sic nec Episcopus plus petere potest, quam invenitur expressum, ut 18. q. 2. Hoc tantum.

g Nisi forte in casu, quem habes exir. 1. de sent. excomm. Si vero. h Ad quem ergo devolventur ista feuda? Resp. redibunt ad dominum; sed ius patronatus ad ecclesiam spectabit, in cuius ignominiam factum est hoc, ut 17. q. 4. Si quis d'inceps, & cap. Quisquis, & 27. q. 1. Si quis rapuerit. Joann.

i Speciale est hic, ut propter delictum patris filius privetur successione, similiter in lassa majestate, ut 6. q. 1. §. Verum, & in heresi, ut extr. 3. de heret. Vergentis: alias bona damnatorum devolvuntur ad heredes, ut C. de bonis damnat. authent. Bona. Joann. k Per hoc patet, quod tantum de descendantibus loquitur, non de collateralibus, & etiam de illis, qui postea nascuntur, non de ianu natis.

l Tamen ingressus monasterii tollit irregularitatem ortam ex natalib. ut 56. dist. cap. 1.

m Cum non determinetur a quo possit dispensari, dico, quod ab Episcopo potest, ex quo Papa non reservat sibi eam, quia prohibitorum est edictum dispensationis, ut extr. 3. de sent. excomm. Nuper. Joann.

n 33. q. 5. Mudierem, nec possunt velare moniales, 20. q. 2. Statuimus, nec absolvere eas sup. de sent. ex.

tur, sed nec de novo alia quælibet (4) conseruantur.

C A P U T II.

Constitutio X. concilio gen.

